



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

VITA
IOANNIS VINCENTII
PINELLI,
PATRICII GENVENSIS.

*In qua studiosis bonarum artium, proponitur
typus viri probi & eruditii.*

AVCTORE PAVLO GVALDO,
PATRICIO VICETINO.



AUGVSTÆ VINDELICORVM
ad insigne pinus.

Cum priuilegio Cæs. perpetuo.

ANNO M. DCVII. Google



ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISS.
D. DOMINICO PINELLO,
S.R.E. CARD. EPISC. OSTIENSIS,
Sacri Collegij Decano,

PAVLVS GVALDV VICETI-
NVS SALVTEM.

Ximium illum Philosophum, Magistrum, ut Cicero ait, intelligenti & dicendi, cuius nomen æternis præclarum monumentis, nem non admiratur, gloriatum ferunt aliquando, quod Socrate viuente vixisset. ast ego nō præclarè minus mecum censeo actum, cui contigerit primum eosæculò nasci, quo non tantum de facie noscere, sed & colere obseruareq; licuerit per annos non paucos IOH. VINCENTIVM PINELLVM, doctum & probum supra omnia pæne nostrorum temporum exempla; tum vero deinceps vitam eiusdem moresq;, elegantissimos commendare posteritati. in quo quidem munere, vt vt rei magnitudini mihiq; adeo ipsi non fecerim satis, (quis enim eius viri merita explicit pro dignitate?) confidam tamen obuenturum inde mihi laudis & existimationis non parum, quod lubens

contulerim vires omnes meas in Viri cl. res, si non vniuersas, at quas licuit mihi, sermone celebrandas. Illud vero quam eximium? extare te nunc ex eadem gente D O M I N I C E C A R D. III.^{me} qui vt Ioh. V I N C E N T I V M , non vi magis affinitatis quam charitatis, perpetuo amaueris, ita videaris hilaris excepturus scriptionem hanc meam, quæ gentilis tui laudes prædicare sit aggressa.

Et sane cui hæc alij inscripsissein, quam tibi? in quo absolutum actionis exemplar, vt in Ioh. V I N C E N T I O contemplationis propositum habemus. Ille per faciles semitas, & amena Philosophiæ vireta, tu per salebras & sentes Iurisprudentiæ; ille in Musarum congressu, tu in Iudiciario & forensi puluere; abditus ille in domestica bibliotheca, tu in conuentibus, in Legationibus, in amplissimorum Patrum pæne quotidiano cœtu; in Academia ille Patauina, tu Romæ in oculis orbis terrarum, variis adeo itineribus eo peruenientis, vt Ioh. V I N C E N T I V M intra limites umbratilis illius vitæ suspexerint omnes, te vero ciuibus muneribus exercitum, fides, prudentia, integritas in sanctiss. Cardinalium collegium cooptarint, in quo collegas omnes, & vniuersos Christianæ Reip. Episcopos, à Summo Pontifice primus, anteis dignitate, fastigio illi proximus, à quo non abs futurum te diu boni omnes auguantur. Munus igitur hoc tibi tot nominibus debi-

debitum, apud te esse patere Vir Ill.^{mo} non indi-
gnum prorsus quod extet meæ in nominis &
gentilitij splendoris tui gloriam obseruantia re-
stimonium, complectendum tibi si non aucto-
ris ratione, at eius memoria, cuius laudes prædi-
care consilium fuit. Illius ego enarrandis rebus
gestis, ut nō quam illum decebat operam preſti-
terim, at quam ego potui impendi sane. Et quid
homini potest dari maius (inquit junior Plinius)
quam gloria, laus, & æternitas? At non erunt æ-
terna quæ scripsi! non erunt fortasse; scripsi ta-
men (ut respondeam eiusdemmet Cæciliij verbis)

tamquam essent futura. Tu hæc D O M I N I -
C E C A R D. Amplissime, accipe vti dan-
tur, non sine iucunda magni gen-
tilis tui memoria, dele Etatio-
ni proculdubio futura.

Vale.



MARCO VEL SERO

II. VIRO AVGUSTANO,

*PAVLVS GVALDV'S VICE
TINVS SALVTEM.*

 Viserio amant MARCO VEL SERO,
eo allicientis naturæ propensione
ducuntur, ut rei quam amant bona
omnia, perpetuitatem adeo ipsam,
in hoc vicissitudinum humanarum
æstu contingere flagrantissimè cupiant. qui sane
affectus, quo magis intimus, eò semper solertior
fuit in perquirendis rationibus, per quas tendere
ad propositum hunc finem liceret. Hinc anti-
quoris æui decora, historicæ narrationes, tabu-
læ, signa ærea marmoreaq; , posterioris calco-
graphicum inuentum, quæ omnia eò spectant,
ut non solum habitus corporum delineare, sed &
animorum exprimere ornamenta possimus. qui
sane affectus amoris benevolentiaeq; impulit et-
iam me ipsum, non modò ut IOH. VINCENTII
PINELLI imaginem describendam curauerim,
sed &, cum per annos prope xxx, à die quo pri-
mum studiosè magnum virum obseruare cœpi,
ad eum quo supremo insinu meo animam egit,
dilexerim supra quam sermone explicari queat,
coegerim etiam intra non magni voluminis an-

gustias, è latissimo rerum campo, præcipua quædam ipsius vitæ capita, tum ut mihi etiam nunc exemplar referrent, ad quod formare me possem, tum vero etiam ut mœrorem leuarent, quem mihi incusserat amplissimi viri quam feceram iactura. Propositum hoc meum cum plerique communium amicorum ut sit explorassent, perurgere cœperunt, vt ne publicæ literatorum rei lucubrationes meas inuiderem, studiosis scilicet omnibus gratas futuras, apud quos PINELLI memoria, & grata & sancta iam diu esset. Me vero hæc preces, ut non permulcebant, gnarum videlicet tenuitatis meæ, ita in eam sententiam traxerunt, ut fœtum hunc meum dispiciendum traderem, examinandumque tibi V. Cl.^{mo} PINELLI amico, bonarum artium patrono, qui prudentia, eruditione, & animi candore in consilium aduocatis, tum demum pronuncies an è re PINELLI, an è litterarum, an è mea sit, vt in lucem hominum prodire sianam qualescumque hasce subsecuarum horarum reliquias. hoc tibi arbitrium ut deferam, faciunt multa; præstantissimoru quo teneris studiorum amor, impollutæ quam nobiscum profiteris religionis patrocinium, & princeps in Pinelliana amicitia locus, quite potissimum allicet, ut more maiorum his animum aduertas, quæ pro tuo nutu velabdent se, vel dabunt in conspectum.

Mihi

Mihi enim, cui non aliis quam lo. h. VINCEN-
TII gloriæ obſeruatur finis, ſi tibi cum me aſſe-
cutum non videatur, ſufficiet voluisse faltem,
continebiturque scriptio hæc mea intra dome-
ſticos parietes, confeſtatio utique gentilibus
meis non iniucunda, fuſſe mihi cum æta-
tis noſtræ maximo viro non vulgares
prætantissimæ amicitia
rationes. Vale.

¶ (:) ¶

¶



ANTONII QVÆ RENGI.



Erpetuâ rapidis annis obſſe iuuentâ
Musarum pia cura liber,
Quaque diem promit, qua mergitur equore Titan.

Fer magni ſuper aſtra decus
PINELLI; non rara alta ſapienția mentis,
Non morum ſine labore nitor,
Inuida Lethæ metuant obliuia noctis.

Promeritus quoque tollat honas
Inſignem calo **P AVLVM**, quem dulcis amici
In tantum laus egit opus.

Gloria Germanæ gentis te **VELSERVS** heros,
Ante alios per docta virum

Agmina dimittat celebrans: illo auſpice tutam
Ad Gades ad Baetra viam

Carpe volans, famaq; diu te crede vocanti.
Ingressum quocumque feres

Te latæ excipient urbes, ſed lumina Tuscí
Præſertim tibi clara maris
Magnanimi plaudent Ligures, ciuemq; verendum
Posteritas imitata colet.



ALOYSII VALMARANÆ
VICETINI E SOCIETA-
TE IESV.

PE PINELLE, reum mortis genuere parentes,
Es vita ingressus ianua mortis erat:
Laetca Letheis miscebat pocula poculis
Paruuli, eratq; viri tempus edentis edax:
Longa breui moriens traxisti funera vitâ,
Longior at longo funere vita subit:
Nam GVALDV S calamo, quod non potuere parentes
Stirpe, viram in memori viuere mente dedit.
Qua tibi vita fuit, non est: tibi vita perennis,
PINELLI inscriptus Vita, libellus erit.



BERNARDINI STE- PHONII E SOCIETA- TE I E S V.



Paca PINVS, & vetusta nobilis
Gnidi Paphig sylua, sibilantibus
Comis sonora: sic susurrus ingruas.
Tepentis aut Fauonijs, vel arduis-
Serenus Auster implicata brachiis
Volutet usque ludibunda murmura:
Beata sis perennitas aqua tibi
Amica, semper obloquenti sibilo
Comæ volumen humidum secus citans,
Amœnitate fertili riget nemus:
Ut hinc & inde Pinea grauis nuce,
Comas onusque sustinere vix queas:
Vige salubre Cypridis nemus domus:
Vige perenne gaudium Liguria:
Quod & benignus educat Gnidi lepor:
Quod & leporis aura Paulus educat,
Superstitatque, sospitatque fætibus
Tuis, suisque: Paulus unus omnium,
Quot & fuere, quotque sunt, eruntque post,
Amœnitatis instar integellula,
Amoris, & decoris, & tui sequax,
Tenaxque veritatis, & boni tenax.
Vige: vigebit aureus simul decor:
Vige: vigebit elegans simul fides:
Datura frigus hospitale posteris,
Domus virentis usque quaque textile
Repexa fronde: siue littoralibus
Maritimisque floreum leporibus
Cubile perbenigna garrientibus.
Ut ante, semper apparare gesties:

*Alumna sen Cytheris euocauerit
Ligusticasque Romulasque Gratias,
Iocis remixa Lydiis & Atticis.*

*Tuos ad hospit' cespites frequens ego
Meusque Paulus, ingeni grauis lepor,
Tuos ab usque Regia Cypro satus.
Ab ultimaq; Pineos origine
In hoc cacumen editos, in id decus,
Redordiemur in uitam: modis. ego:
Ut ut libebit ille: siue libera,
Seuiriore lege siue mauolet
Rotundiora verba dulce volnere:
Viroq; mirus artifex, tui memor.
Vigebis usque: spondet id Gnidi Charis:
Et hic vigebis in sodalis hortulis,
Loquente semper irrigata riuulo:
Ut alba poscit, alba reddit ut fides.
Et has, arata litteris fidelibus,
Sodalitatis indices notas geres.
Meâ ne stirpe letiore creuerim,
Tuâ ne P A V L L culte diligentia
Amica Pinus, ambigo. Sed hoc liquet,
Quod interire posset, id dedit genus,
Quod itinere nescit, hoc A M O R dedit.*



FAMIANI STRATÆ E SOCIETATE IESV.

A Morem audieram patrem doloris;
Nec dum credideram. utriusq; morea
Longe dissimiles, se fellerant me.
Sed iam percipio miser, querorque
Vero verius esse quod negabam.
Nec solus queror, hoc idem queruntur
Mecum, docte PINELLE, qui te amarunt.
Nam quis, docte PINELLE, non te amavit?
PAVLVS ante alias pereleganti
Ne totus pereas vetans libello.
Partum in pectore sentiunt dolorem.
Infantem sine lachrimis dolorem
Qui nasci nequit. Et Catoniano
Mi superciliosus quis exprobabit
Lachrimas oculis perenne fusas!
Quid ergo? ex oculis Amor creatus
In pectus cadit, hic creat dolorem.
Qui vestigia per paterna, ad ipsos
Se refert oculos, & inde ad auctus
Lachrimis, velut amnis imbre, prima
Incunabula pectoris reuisit.
Hinc dolere, & amare sequuntur.
Qui dolor modo natus occidente est
Te PINELLE, in Amore delitebat.
Proque uno dolor occidente, mentes
Multorum numerosus occupauit.
Sic quæ sidera per diem latebant,
Apparent moriente Sole, & vno
Plurima face funus exequuntur.

JOSEPHI CASTA- LIONIS I. C.



Ditus antiqua Ligurum de stirpe parentum,
Parthenope imperij claro quos auxit honore,
Venerat exemplar morū PINELLV in urbem,
Quam posuit pulsus Phrygiis Antenor ab oris,
Ingenij ut cultus caperet iuuenilibus annis.
Ac licet in libris illic exegerit eaum
Abditus, & Regum vitarit tecta superba,
Pollicitis magnis, precibusque vocatus in aulam:
Haud latuit, vixitque ullo tamen ille beatus:
Rege minus. Testis Germania, testis Hiberus,
Cumque Italo testis celeberrima Galia tractu.
Nam quo non adiit PINELLI gloria? Quisue
Conspicua a titulo doctrinae floruit usquam,
Cui cum PINELLO fuerint commercia nulla?
Democriti incultos quis iam mirabitur agros?
At tibi susceptos nemo non PAULE labores
Laudibus in calum tollit. Tu postera sacla
Quod stupeant, serique imitentur rite nepotes,
Digeris in libros, & mores exprimis eius,
Sollicitis qui opibus Regum secura potentum
Priuat a nouit præponere commoda vita.
Tu pius officium merito per soluis amico,
Cumque tuo longum producis nomen in euum
Illius, officiantq; caues oblinia neutri.
Hinc quoq; permultum sumit VICETIA lucis,
Et tanto natale solum se iactat alumno.
Felix qui caro capiti, patriaque tibique
Struxisti doctis monumenta perennia chartis.

LAVRENTII PIGNORII.



Quos sollicitat doctarum forma Sororum,
Dulci alit aut sapientia cura,
Quos inuat emerita splendescere frondis honore,
Decerpta ex Helicone beato:
Si lubet o longum cœlesti accumbere mensa,
Atque animum perfundere sacro
Nectare, non alios quam P. A V L. I euoluise chartas.
Quicis pius inclita nomina amici
Imprimit aeternum mansuris. ille perenni
Eloquio bonus, aurea vita
Concludit præcepta, virumque informat amantem
Musarum, & laudabilis oci,
Qua valeat certam Sophia contingere metam,
Et Fama decurrere campo.
Non legas hec cui stat foribus confixa superbis
Mens, effreni perdita luxu:
Non qui inhibat gemmis, perituroue incubat auro,
Qui patriam, miserosque penates
Seruitio premit infando. Num dicere laudes
G V A L D E tuas ego carmine tentem?
Anne idem, mare cum feruet, deprendere nōrim
Quot veniant ad littora fluctus?



EMENDANDA.

Correctiones foliorum)(&)) quære in fine.
Pag. 1. v. 13. lege, despectus. p. 2. v. 25. creantur. p. 6. v. 3. constituit. v. 15.
fratrum. p. 7. v. 3. CCC. Mil. v. 12. Multò. p. 8. v. 23. retinensisimis.
Huc usque tantum sunt verba Folietiæ, quæ sequuntur, auctoris. p. 9. v. 1. ob.
v. 4. sapientia. v. 25. funditus. p. 10. v. 18. primis. p. 11. v. 18. Verum. p. 12. v. 16.
incipit. v. 24. Vernacula. p. 13. v. 11. omnia. p. 14. v. 17. aurea. p. 23. v. 12. omnia
bac. p. 27. v. 23. dabat. p. 29. v. 4. Maxxoniū. p. 31. v. 2. hunc vni. p. 32. v. 9. eas
monetas. v. 16. suarum. v. 25. afflentur. p. 35. v. 30. raptari. p. 36. v. 10. no-
stro extare. p. 38. v. 14. expertus bac. v. 26. ex ceteris. p. 40. v. 15. Plinianum. v.
16. tam. p. 43. v. 13. qua suis. v. 17. nullumq;. p. 44. v. 2. animi. v. 3. Modestos illa.
p. 46. v. 3. sed. p. 50. 18. descripsérat. p. 52. v. 20. Chios. p. 54. v. 21. Et in aliis.
v. vlt. magnum frequenter. p. 57. v. 7. accedit. p. 58. v. 14. liberalissimè. v. 16.
quicunq;. p. 60. v. 17. patiatur. p. 61. v. 15. restasset. p. 68. v. 3. Et vt poterat. p.
69. v. 20. plausum. p. 70. v. 6. iniujendos. p. 71. v. 7. peraugare. p. 72. v. 7. dele,
ad. p. 73. v. 16. elegantissimi. v. 18. pro littera N. substitue, Carolum de Lebo-
ron Comitem, Episcopum Valentiniū. p. 77. v. 10. ita ad. v. 21. sic certè. v. 24.
Namq;. &c. sunt auctoris verba. p. 80. v. 14. permoueret. p. 81. v. 9. affinum &
amicorum. Domum p. 82. v. 23. cuius cum in. p. 83. v. 6. tragedorum Erynnium.
p. 87. v. 13. amplissimis lice Patria Præfetiq;. appellationibus inuitatis. San-
ctissimus viris. p. 88. v. 1. molesteq;. v. 9. confectum. p. 89. v. 20.
charstates. p. 90. v. 5. Vtate. v. 17. Valuentes. p. 93. v. 2. prouexerat. p. 94. v. 23.
eius. p. 101. v. 2. Christi. p. 103. v. 2. reuenerat. p. 105. v. 23. commendarim. p.
110. v. 4. sib̄c̄ obsignareiq;. Ex. p. 114. v. 5. genero. p. 117. v. 12. HIERONYMVS.
p. 118. v. 23. Sidimus. p. 123. v. 13. baustans. In indice, Amalthei Patauni, do-
lic, Patauni. Hieronymus Cardanus, lege, Cardinalis. Horatius Cornacchii-
nus. lege, Cornacchius. Præterea hos in indice numeros corrigere. Aug. Va-
lerius 17. Aulicorum, &c. 60. Benevolentia, &c. 51. Caesar Benedictus. 18 E-
leemosyna, &c. 94. Guidus Vbaldus. 18. Guidus Pancirolius. 38. Hieron. Mer-
curialis. 59 Hippol. Aldobrandinus 17. Pacis & concordia, &c. 46. Ptolemae,
Qlinetus. 61.

VITA
IOANNIS VINCEN-
TII PINELLI,
PATRICII GENVENSIS.

Hominum qui in scientiarum mitiorum-
ue litterarum studia incumberent, reperti-
sunt omnia euo adeo pauci, quibus solidus
unicusque earum fructus propositus ex
animo esset, ut si quis eiusmodi fortefor-
tuna compertus aliquando sit, ad miraculum vergeret, ra-
raque ut dicitur in terris avis, spectaculo magis esset
quam imitationi. His enim qui litteris operam vñquam
nauarunt, is ut plurimum obuersatus est finis, ut aut
rem quererent, nummaria quadam nundinatione profe-
ctum distracturi, aut inanes honores ut consequerentur,
proposita sibi scenica quadam & insolenti ostentatione,
tis omnibus deliciis despectu penitus habitis, quas litera-
rum suavitas, optimorum auctorum tractatio, doctorum
hominum repetita consuetudo, eruditorum & sui aman-
tium animis instillare consuerunt. At non ita quos ex-
presit Christianus Rhetor; Magno, ait, & excellenti inge-
nio viri, cum se doctrinæ penitus dedissent, quidquid laboris pote-
rat impendi, cōtemptis omnibus & publicis & priuatiss actionibus,
ad inquirendæ veritatis studium contulerunt, existimantes multo
esse præclarius humanatum diuinatumque rectum inuestigare ac
Lactan. in pre-
fat. lib. i. de
fals. relig. o.

A scire

scire rationem, quam aut struendis opibus, aut cumulandis honoribus in hæc re. *Luculenter ut solet. Doctrina enim ipsa*

— *preium sibi, solaque late
Fortunæ secura niter, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuæ petit clarescere vulgi,
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.*

Claudianus
Panegyt. in
consul. Manl.
Theo. in prin.

Epist. 16. lib. 7.

*Hæc omnia, etate nostra intimè nota, & vita instituto
comprobata fuere, vni ferme IOH. VINCENTIO PINEL-
LO Cl. viro, cuius nunc vitam in publicæ rei commodum,
& in veteris amicitiae testimonium exordimur. Eiusce rei
specimen, ab ipso, incunte etiam adolescentia exhibitum,
testem habet PAVLVM MANVTIVM, qui anno
MDLXVI. per epistolam OCTAVIO SANMARCO
gratulatur, quod se Patauium studiorum gratia contule-
rit, & amicitiam cum PINELLO inuierit, in hac verba;
nam de IOH. VINCENTII PINELLI consuetudine nihil dico,
non enim dubito, quin ipse iam perspexeris, quæ sint in illo iuene
virtutes, quæ probitas, quæ humanitas: vt omni dignissimus ho-
nore sit, qui tamen ab omni honorum cupiditate, sola virtute con-
tentus, longissimè distat. *hæc ille. quæ sanè laus, ut ut ad ani-
mi compositionem, & ad institutionem educantium refe-
ratur, manat etiam à maiorum præstantia, & nobilitate;*
fortes enim ~~erit~~ suntur fortibus, ut in confessu est. *Cuius do-
mestici ornamenti compendium hic attingemus, non quia
monstrari egeat, sed quod a demum germana laus est no-
bilitatis, quæ inter maiorum imagines aditum sibi com-
parat**

parat ad immortalitatem. Gentis PINELLA^E unius è
duo de triginta Reipub. GENVENSIS nobilioribus &
antiquioribus, meminit VBERTVS FOLIETA, his verbis: Lib de Clas.
Gens PINELLA nobilis & peruetusta, multos egregios atque in- Ligurib.
signes viros, partiæque perutiles tulit. At encomium hoc, ieu-
num fortasse visum, extorsit acris iudicij viro laudatio-
nem illam, qua vix ullam apud eundem reperias amplio-
rem. ea sic se habet: Gens enim PINELLA apprime nobilis, tur-
bulentissimis ciuitatis nostræ temporibus, procul ab omni fastu
& ambitione, ab omnibusque ciuibus contentionibus remota,
cum nullo loco operam & industriam suam Reipub. subtraxerit,
nullumque illius procurandæ aut munus vnquam intermiscerit, aut
laborem subterfugerit, non tam en aut ex malis publicis crescere
vnquam studuir, aut per publicam priuatamue cuiusquam iniuriam
in altiore potentiæ aut dignitatis locum ascendere contendit.
FOLIETA^E preclarum testimonium de familia PINELLA.
splendore & vetustate, comprobabit minimè nouitius
scriptor ELEVHERIVS MIRABELLIVS, cuius de Gotho-
rum Regibus sermonem habentis hæc sunt; Ex familia PINEL-
LA ortus est ILDOVALDV^S sextus Rex Gothorum. Exscripsit hæc
EANVSIVS CAMPANVS, auctor nondum editus, cui Gen- Lib. I. cap. 10.
tes Italicas illustriores, earumque origines recensere curæ
sunt. Eius mihi copia facta est ab amicissimo viro PAVLO
TAEGLIO, cuius animi candorem, & multiplicem rerum
vsum, liberalemque doctrinam, PINELLVS noster magni
semper fecit. Sunt autem qui neruosè afferunt (rumore
ne doméstico, an certis argumentis nixi, non satis scio)
PINELLOS Cypro oriundos, manasse à Regia Lusianorum
domo. Mibi neque in horum, neque in Eleutherij ver-

baiuranti, compertum quidem est, gentem hanc insignibus præditam ornametis, inter Italicas clariores recenseri iure meritò posse. Ideoque ego domestica PINELLORVM ornamenta consulto prætereo, Senatores videlicet, Militia Praefectos, Reipub. Duces, & alios complures, optimè de posteritate meritos viros, quorum, domi forisque, ad laudem, & gloriam extant gestarum egregie rerum præclara monumenta. Summorum item Pontificum, & Regum aliquot perhonorifica decreta, INNOCENTII scilicet VIII. cuius aua PINELLORVM Gentilis fuit, ALEXANDRI VI. FERDINANDI patris, & ALPHONSI filij, Aragoniorum regum, quorum mihi omnium diplomata videre contigit, lubens omitto, rem actam minime acturus. illud sane satis superque fuisset, DOMINICI PINELLI Cardinalis amplissimi nunquam intermorituras laudes, institutæ narrationi leuiter aaspersisse: at iis, optimo quidem fato, scriptorem alium tanto oneri parem obtigisse gratulandum. Supra gentilitia ut diximus decora, IOH. VINCENTIVS noster, natalibus Neapolim patriam sortitus est, Vrbem Italicarum scè omniū nobilissimam & elegantissimam, quam loci amoenitas, & urbana nobilitatis splendor eò prouexerunt, ut Hispanis, qui nunc eius potiuntur, vernaculae vocis, qua Italice Neapolin appellamus, illud Hispanticum etymon unicè probetur, quo urbs Neapoli ornatior in eorum ditione extare usquam pernegatur. Et sane Hesperidum Alcinoique porti, præ Neapolitano agro ignobiles inamœniique fuerunt.

runt: nec aliunde videtur maximus poëtarum laudanda Italæ, multiplex illud, & nobile argumentum arripuisse. Eximia enim sunt illa, tractusq; huius terrarum pecularia,

Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæque armentaque lata.

Virg. Georgic.
lib. 2.

Hic ver assiduum, atque alienis mensibus Aestas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.

Et profectò apud nō iniquos rerum estimatores, quid mollius eo cælo? quid uberioris eo solo? quid hospitalius illo mari? Splendidissimam igitur patriam nactus PINELLVS, nascitur anno M D CXXXV. patre COSMO, animi maximi viro. Huic Ennianum illud animo voluenti, Multos rem suam bene gesisse patria procul, Genua placuit Neapolim proficisci, magnam ibi copiosamque mercaturam facturo. Et vero Genuensium priuatæ publicæque cum Hispaniarum Regno contractæ rationes, Neapolim eos frequenter aduocant, cuius regni non contemenda hodie portio Genuensis cœpit. Negotiationem autem liberalem illam & minimè sordidam, ciuibus yrbium liberarum & probari, & ornamento esse, extra controversiam est. Ex quo capite COSMVS apprimè laudandus, quem Bartholomæus Maranta probæ ritæ, sanctæque religionis unicum exemplar appellat. In quam sententiâ Folietas;

COSMI enim eximia animi moderatio, & nostra ætati conspecta, & posteritati memorabilis in primis est. nam nemo in quærendis opibus castius est versatus, famamq; & mentem ab omni sordium & auraritæ labore integriorem puriorémus seruauit; & iis opibus partis, quæ ad cultum honorificè tuendum sufficerent, modo cu-

Cic. Epist. 7. ad
Treb. lib. 6.
fam.

puditati salubriter posito, omniq[ue] questus genere, ac sollicitudine valere iusta, præclarum exemplar posteris ad imitandum in se constituit. præterea, nulla in re priuatæ ac civilis vita modum excessit, præterquam in ædificiorum magnificencia, sumptibusque in filiorum cultum, in bellis, in aulis Regum, in gymanasiis magnificè tuendum largè suppeditādis: qua in laude perpetua & contenta gentilitia commendationi proximus fuit. Nupsit COSMO CLEMENTIA RAVASCHERIA e Lauanæ Comitum nobilissimo stemmate, Bariensis, uti appellant, Prioris filia. Suscepit is ex ea filios sex: mares quaternos, fœminas binas CORNELIAM & LVCRETIAM: illa IOH. SIMONI CARACCIOLI, h[ec] ANTONIO GVEVARAE collocatur: Capuæ ille, hic Nidi primarias equestris ordinis curias (vulgo Seggi) domestica dignitate attingebat. Spectat autem ad quinæ patriciorum hasce curias, seu conuentus manis, Neapoli urbane annona, & ciuitis Iuris procuratio, quibus estato, & legitimo familiarum numero quinque viri ex urbana nobilitate præficiuntur. Eò proceres itare, tum Reipub. tum animi gratia consueuerunt, ex quo fit, ut magnam etiam apud exterros consecutæ sint ha publici Consiliij Se des sermonis hominum celebritatē. Ei filiorum qui primus natus est, GALEATIO nomē fuit. IOH. VINCENTIVS secundo loco, CAROLVS, qui admodum adolescentis perierit, tertio, IVLIVS quarto editi sunt. IOH. VINCENTIO contigit ut geminus nasceretur; eodem enim partu, & ut ferunt octimestri, infrequentis admodum, &
Prouter lib. 5 de dubia videlicet ut medicis placet, vitalitatis, cum COR-

placit.philo-

soph.c. 18.

NELIA sorore prodit in lucem. Et sancè aquumerat admiringando

randa vita primordia illi obtingere, cuius ingenium, &
 vita rationem posteri nunquam satis admirabuntur. At
 COSMVS pater cum ad ~~XL~~ CCC. aureorū summā rem do-
 mesticam & familiarem, felici euentu redegisset, Ioh.
 VINCENTIO tum Patauij degente, obiit iam octuagenar-
 ius. Is filium qui reliquos etate anteiret, ceterosque dein-
 ceps e familia maximos natu, amplissima Primigeniorum
 iura testamento sibi habere iussit. Dum viueret, oppidum
 Neapoli proximum comparauit, Iulianum nomine, loci
 deliciis insigne, & incolarum frequentia: ibi ipse Praeto-
 rium elegantissimum, per amoenos hortos, laxa viuario-
 rum septa, regio prope more excitauerat. Paulò antequam
 vita excederet, mercatura nuncium (quod etiam FO-
 LIETA testatur) lubenti ~~nimo~~ remiserat, atque à maiori
 natu filio minoribus certam pecunia partem testamento
 legauerat, quam GALEATIVS religiose persoluit semper,
 Ioh. VINCENTIO præsertim, & quidem magna cum ac-
 ceſſione, quod fratris enixos ad virtutem conatus vir or-
 natus unice amaret: ideoque inter hos fratres ad ultimum
 usque vita spiritum gratia non rara, mutuique
 amoris ſpecimē pericundum animaduersa: & quod mi-
 rere, adeo fratrum omnium horum petitoribus Ioh. VIN-
 CENTII virtus infederat, vt si quando diſſidorum exor-
 dia uxoribus filiisue seu affinibus (vt fit) incidunt,
 tunc eum per litteras non consulere, eiusque reſcriptis non
 obſe qui religioni haberent. GALEATIVS adolescens ad
 bellis

*bellicam gloriam aspirauit, nauauitque strenuam operans
PHILIPPO II. Hispaniarum Regi in bellis, Senensi, Tru-
entinoque, & ad Echinadas nobili illo nauali certamine,
quo Turcarum ostis debilitatæ afflictæque, nostris maris
imperium veluti precariò concesserunt. Itaque GALEA-
TII spectata industria PHILIPPVM allexit, vt Turonen-
sem Ditionem, quā ille in Lucania sui iuris fecerat, Mar-
chionatus titula ornaret, cui beneficio mius quidpiam ad-
iectum volens, eundem Acheruntinum Ducem declara-
uit, cum Acheruntiam vetustissimam Apulia ciuitatem,
eius Horatius meminit, quæque hodie Acerenza, sibi ac-
quisiuisset. Viri huius encomium ex FOLIETA defum-
ptum ex scripsimus, quia narrationi nostra animaduer-
timus non minimo ornamento futurum. GALEATIV M in-
paterno sinu, paternaqne cura & diligentia educatum, omnesqne
artes non modò libero homine, sed lummæ fortunæ ampliudine
dignas edoctum; non magis paternæ per amplæ opes, quam suæ
ipius virtutes ac merita extulerunt, quippe qui omnia viræ munera
cumul. tè implerit, omnesq; officij gradus erga propinquos, &
ditioni subiunctos, atq; adeò omnes homines, persanctè, & diligenter
seruatit: nam propinquos & amicos liberalitate & hospitalitate,
subiunctos vero æquitate, iustitia, charitate coluit, veritatis in om-
ni vita retinetissimus. Duxit vxorem, LIVIAM nomine, è vetu-
stissima familia Squarciafica, à qua dotis nomine accepit, in Iapy-
gia Galatenæ Marchionatum, Galatena, Cupertino, Velia, & Li-
brano, elegantibus oppidis insignem. Delectatus est is polytropia
quadam, & varia peregrinarum rerum experientia, quam ipse sibi,
non peruvolantibus libris, vt IOH. VINCENTIVS, sed profectio-
nibus pepererat, & gentium exterrarum moribus indagandis. Et
profecto biuum h. cad ciuilem prudentiam ducit regis & com-
pendiariis iuribus. Libri enim, vt sensit Demetius Phalerenus,
nos de plenisque admonent, quæ ne amici quidem audent attinge-*

re: turpia honestaque omnium etatum exemplis oculos ponunt, quae a virtute auocent, quae ad virtutem impellant. Peregrinatione vero, nisi quispiam secum ipse peregrinetur, tanta rerum vis, tanta vndeque colligitur sapientia copia, ut quisquis illa afficitur, ceteris excellere videatur. Itaque nobilis ille orbis terrarum peragator, domo Tyanæus, conducere adolescentibus aiebat, voluntarium sibi met ipsius exilium indicere; hoc tamen, ut nihil aliud, profecturis (quae fuit G A L E A T I I P I N E L L I sententia) ut res admirati desinerent, seposita, quod nemo non præclarum ducat, eorumdem ignoratione. Ita mihi ille, cum ipsum officij gratia Neapolii aliquando conuenisset. Decessit is de vita statione anno M D X C V I I I . exacta planè etate, omnium pene hominum ordinibus Neapolii eius mortem dolentib. cuius vitam summo cum splendore traductam probarant, cuius virtutem, cuius prudentiam non semel experti erant. Unicum filium reliquit C O S M U M cui cognominem, qui partem iam gentis existimationi, præstantiori aliquo decore consultum in posterum volens, magni Cancellarij munus è septenis Regni Neapolitanii, post Proregem, insignioribus, grandis pecunia, LXX, aureorum millibus coëmit, succeditque C A E S A R E D A V A R O , magni illius Vastij Marchionis filio. Proceres Neapolitani per molestè tulerunt, honorem eum sibi ereptum, & in peregrinum hominem collatum: egeruntque cum PHILIPPO REGE, ut emptionem irritam faceret, quod aduenis haec capessere non licet. At C O S M U S , & exemplo A N D R E A A V R I A E affinis sui, qui quem olim magno munere fuerat Neapolii sanctus, & gentiliis meritis, apud Regem obtinuit. At in semitam redeentes, lectorem monitum volumus, secuisse nos narrationem hanc vitæ PINELIANÆ in præcipuas sectiones duas. Continebit altera, quantopere I O H . V I N C E N T I V S eruditonem eruditosque amarit, quo conatu in scientias incubuerit, quo delectu nobilium ingeniorum monumenta conquiserit, qua demum via peruererit ad fastigium immortalitatis. Complectetur altera, tum mores eiusdem, animique ornamenta, tum vita, cultus, nobiliumque in-

B situ-

stitutorum rationes, quibus ipse quoad vixit laudatissime vsus est. Perspicuum hinc erit & constabit, primum, ingentem eam esse voluptatem, qua perfunditur serius, qualis ipse omnino fuit, litterarum amator: deinde cuiuslibet qui velit ipsum imitari, latissimum patere (curis & ambitu procul) existimationis & glorie campum, in quo summa cum animi tum corporis tranquillitate, Philologia & Musis comitantibus, versari possit. Verè enim ille; Vnam esse ex omni laudum genere, ingenij gloriam, qua sine vita cuiusquam querela perfici ad extremum usque homines soleant. Quibus accedit in corollarij non minimi vicem, mentis molestias, & animi aegritudines leuari semper, abigi plerumque, suauissimis illecebris studiorum, que & ipsas eruditorum animi remissiones condire adeò solent, ut quacunque sine illis aliquando obtigerint, insuaves prorsus animi palato videantur. Optima igitur indolis puerum IOH. VINCENTIVM pater eruditis viris, nobili Philosopho IOHANNI PAVLO VERNALIONI in prismis, tradidit instruendum, qui eum breui græcè latineque doctum, ad eum profectum euixerunt, ut litterarum humaniorum periodo Neapolii absoluta, Iuri ciuili, Philosophia, & Mathematicis non perfectorie fuerit iniciatus. Vdit hac Bar. Maranta. predicauitque Bartholomæus Maranta insignis Medicus, qui Methodum suam simplicium medicamentorum euulgaturus, inscripsit eam anno M D L V I I . IOH. VINCEN TIO, tres tunc & viginti annos nato. Appellat autem in epistola ea quam editioni præfixit, doctissimum, me dicet.

videlicetque materiæ peritissimum: *hac addens*; *huc accedit*, quod bonam partem eorum quæ in meo libro continentur, in tuis hortulis obseruauimus, in quibus quam plurimas plantas ex variis temeritisq; regionibus, magno illas quidem impendio aduectas, per pulchrè alis, de quibus læpe etiam inter nos commentati sumus, innumeræ admirabilesque naturæ varietates magna cum admiratione pensantes. *Illa vero eiusdem MARANTÆ quam præclara!* Hanc Plantam, non contemnendis coniecturis, Dio- Lib. 1. cap. 7.
scordis Pistacium credit esse I O H . V I N C E N T I V S P I N E L L V S , vir (ut ceteras animi dotes propè innumeratasceam) materiæ medicamentorum ut quivis aliis peritissimus. *Neque hoc tantum adolescens callebat, sed et alia plurima, si eidem Marantæ credimus, ita scribenti;* Nam et si in grauioribus studiis à teneris usque annis versatus, in primisque in Iurisprudentia, atque in rem Philosophica quam Mathematica, in quibus ita excellis, ut nulli eorum qui sese in iis iactant concedas; Medicam tamen materiam ita perfèctè calles, ut omne studium in hac vna Scientia consumptile videaris. Hoc vero èd magis mirum est, quod non minus in Græcarum litterarum, Latinæque eloquentiæ, & poëticarum rerum studiis præstas. *Vt ex his in magnam admirationē traxi- ducamur, qui fieri potuerit, ut omnia hac in adolescentem conuenirent; præter suauissimos & sanctissimos mores, da quib. ita MARANTA;* adde & optimos integrosq; mores, quibus omnib. te, nobilissimamq; familiam tuam, ita exornas, ut pater tuus COSMVS, probæ vitæ, sanctæque religionis vnicum exemplar, hoc uno in primis se felicem prædicet, ac iucundam se agere senectutem testetur; nihilque non sibi de te magnum, quod prudentem vitum sperare deceat, promittat. *At quia musices cognitione sapientibus viris non minima Philosophiae portio semper visa est, è quod humanas affectiones egregie curet, ani- mosque ab officio deflectentes insemita reuocet, ideo etiam*

hic operam suam impensam voluit, praeunte doméstico
tunc & familiari præceptore Philippo de Monte, quem vi-
dit nostra etas Phonascum Cæsarei Chori. Animiretē con-
stituti indicia hæc sunt, quæ usque adeò Philosophorum
quidam olim comprobarunt, ut se matutinos ad lyram
componerent, somni torporem & somniorum deliria ab-
legaturi. Animaduerterat autem hic noster, domi, inter
amplexus parentum, & familiarium obsequia, in urbe de-
liciarum plena, militaribus & equestribus, quam Musa-
rum studiis aptiore, non peruenturum sese ad eam gloriae
metam, quam sibi destinarat, ideo Gymnasij Patauini
fama permotus, quod ceteroru in terra Italia Policletam
normam appellari, captusque nomine, & amore

Iacob. Rufin.
Patau.

— Vrbis tam nobilis æuo,
Quam studiis, & Dardanio positore verendæ.

professionem incipit meditari, repugnante tamen patre,
iam senio consecro, qui spes suas omnes in hoc uno adole-
scente collocarat, cui iamdiu reddituum amplissimorum
procurationem senex optimus mandarat, nullis unquam
ab eo exactis rei familiaris rationibus, ut olim narrare
Ioh. VINCENTIVS consueverat. Perstebat uti diximus
in sententia pater, ægreque charissimum filium à se diuelli

Dialog. Symb. patiebatur, cuius rei testem damus SCIPIONEM AMMI-
heroic.

RATVM, qui in dialogum vernacula lingua conscriptum,
Marantam Medicum narrantem induxit, Ioh. VIN-
CENTII patrem professionem hanc summopere asperna-

rum,

sum, quod eum Neapoli etiam putaret proficere in litteris posse. Subdit idem, filij voluntati tandem obtemperasse indulgentissimum patrem; & se tunc, nobilissimi adolescentis precibus, hoc propositum, crescentis luna symbolo expressisse, adiecta epigraphe, REDIBO PLENIOR. IOH. VINCENTII virtuti (cuius se olim predicit coniectorem) id symbolum datum. Narrat ibidem Maranta, intuenti sibi gloriam, qua hic adolescens maxime excellebat, emblemam huiusmodi excidisse; arcum videlicet ita intentum, ut cornua propè coire videantur, imposita sagitta, cuius ferri acies in cælum tendat, & omen inscriptū; SIC ITVR AD ASTRA. Hæc, quæ ille pluribus, hic ea mente recensui, ut ex illis, patris in IOH. VINCENTIVM amor, ut que Neapoli discessuro impedimento fuerint, ut qua fama & celebritate notus fuerit, adolescens annos natus quinque vel sex supra viginti, deprehendatur. AMMIRATI dialogue prodit anno MDLXII. quo, si, luna plene instar, absolvatur uniuersum orbem disciplinariū, afferēte Ammirato va- ticipatum se, & multò ante prospexit preclaros IOH. VINCENTII ad gloriam, & immortalitatem conatus, quod peruenisse dicemus eum, qui spatio XL. annorum iisdem ve- stigiis insistens, eadem studia, nunquam remissa, vehemen- ti illa animi contentione, fuerit amplexatus:

— Vno se pectori cuncta vetustas

Condidit, & maior collectis viribus exit.

Huc pertinet aliud emblemata, quod ipse sibi Patauij degens concinnarat; terrarum orbis, quem serpens ambiret hori-

zontis in more, et huic superstans radiato capite albens columba, adscriptis sacrosancti Euangeliū verbis, **G I N E**

Match. c. 10. ΣΩΕ ΦΡΟΝΙΜΟΙ ΩΣ ΟΙ ΟΦΕΙΣ ΚΑΙ ΑΚΕΡΑΙΟΙ ΩΣ ΑΙΠΕΡΓ ΣΤΕ ΡΑΙ, *docturus, prudentiam sibi non vafri- ciem placere. Oderat ille versutos, fallaces, et veterato- res, qui subdolis ingeniis virtutis nomen obtenderent, in- formi persona virtutum parentem prudentiam dehone- stantes: aliud agere aliud simulare improbum ducebat,* cui nefas fuit semper, non ita se gerere, uti inter bonos vi- ros bene agier oportet. Prudentia autem sine simplicitate calliditas est, simplicitas sine prudentia stultitia. Sym- bolum hoc, in austarij vicem, imagini IOH. **VINCENTIL**, quam amici MNHMOΣ TNON, in as affabre incidi cura- nit, adiunxit MARCVS VELSERVS II. **VIR** Augustan- nus, humaniorum litterarū, et Catholicæ religionis laude clarissimus. Gestabat ille quandoque aureum annulum signatorium, in cuius pala itidem aureus hic idem colum- ba orbis et serpentis character extabat, nullis tamen ad- scriptis litteris, nisi qua circuli pars interior digitū ample- xatur, ubi hæc è Pindaro incisa: ΜΑΚΤΝΩΝ ΤΕΛΟΣ ΟΤΔΕΝ.

Pind. ode iv. Vtebatur hoc ille, quoties se rei alciuius commonefieri opus esset, excitans se Pindaricagnome, ut innueret, momen- tum præcipuum conficiendi negotij, in arripienda occasione consistere. Venit ergo Patauum PINELLVS vergente iam anno M D L V I I I. indicante id Maranta, qui sub ini-

In princ. Me-
thod simpl.
Medic. ment.

tium Iulij mensis eiusdem anni, ita ad Gabrielem Fallo-

piuni

pium Medicum primarium scribit; De PINELLO, est enim iuuenis, præter antiquam generis nobilitatem, & Græcis, & Latinis litteris impensè eruditus, & cùm liberalium artium ferè omnium cognitionem profiteatur, tum in hac ipsa de simplicibus medicamentis scientia plurimum excellit, in primisque in expendendis doctissimorum vitorum sententiis acri pollet iudicio, quod & tute ipse fatebore, cùm illum intus & in cure (ut dicitur) noueris: paucis enim post mensibus Patauium studiorum causa se recipiet.

Hoc postremum caput confirmat epistola Hieronymi Seripandi Archiepiscopi Salernitani, & maximi Cardinalis, qua ille anno M D LIX. Patauium ad I O H . V I N C E N T I V M Italicè ita scribit, inter cetera; gaudere sè sibi, quod ex laudatione sua in funere CAROLI V. optimi Imperatoris, arripuerit occasionem amicitiae cum P A V L O M A N V T I O contrahendæ. Hinc duo præterea eliciuntur: alterum; iam tum à magnis viris PINELLI habitam rationem, alterum, hoc anno eam cum MANV TIO consuetudinem & amicitiam iunctam, ut hic nunquam Patauium veniret, quin ad PINELLVM hospes familiaris diuerteret.

Placebat patri, ut in Gymnasio Patauino Turis prædientie operam daret, spectanti nimirum opes & existimationem, quas I. C. nostro & patrum ævo longe maximas habuere. Aula Romana amplissima munera animo neuoluebat C O S M V S, quibus filij studia pridem destinatar, ideoque cogitabat (ut ALPHONSVM SOTVM Dominicani instituti Sacre Theologie in Gymnasio Patauino Professorem narrantem memini) Apostolica Camera, ut vocant,

Lib. 4. epist.
selectior. viro-
rum illustriū.

Lib. 4 epist. s. *vocant Clericatum ipsi comparare, quæ sententia iamdiu
 federat & GALEATIO fratri, Duci Acheruntino. Neque
 patri aliquandiu non obtemperauit IOH. VINCENTIVS,
 ut ex Paulo Manutio discimus, cuius hæc verba; Magna
 fuit, atque etiam nunc inter homines est de genere vita controuer-
 sia, cùm alias ita doctrinarum cognitio delebet, vt ab agendis re-
 bus abhorreant: alij non sibi tantum, verum etiam amicis, & pa-
 triæ, planeque omnibus hominibus homines esse natos existi-
 ment, ex quo sequitur, vt scientiarum studiis usum rerum antepo-
 nant; hoc discrimen, in quo valde pro sensu partium dubia veritas
 fluctuat, tu quidem, quod ad te attinet, optime PINELLE, opti-
 misque & eruditis viris meritò charissime, egregia quadam, vulgo
 non satis cognita, ratione sustulisti; simul enim utrumque studium
 complexus es, tum earum disciplinarum, quibus exculta mens v-
 berrimos in omni fortuna ferre fructus solet, tum Iuris ciuilis,
 quod alienos adusus maximè porrigitur: ardua res & operosa, quod
 exemplorum declarat inopia; sed ingenio tuo nihil difficile.
Hac ille ad PINELLVM, uti paret, adolescentem; cum per-
gat scribere: in Philosophia quidem, cùm operam studiosè des
M. Antonio Genuæ, cui veterum doctrinarum arcana patent, quo
nemo peritior Aristotelis interpres, nemo vir melior usquam vivit.
Et inferius: Hauries enim ex eodem fonte, non ea solùm quæ
vel olim in Lycæo, vel etiam in Academia disputabantur; sed id
quod longe præstantius est, Christianam pietatem, à qua manat v-
na, & in qua item una Philosophia perficitur. Obiit autem Ge-
*nua Anno M D L X I V.**

Jam verò, cùm Philosophiae Philologiaeque suauissimis
fontibus labra admouisset, Iurisconsultos cum operosis illis
suis voluminib. res suas sibi habere iubet, eo animi ardore,
ut cum ipse pater pecuniam curasset, qua Iuris interpre-
tum libros coëmeret, in Græcos ille codices, Eustathium
pra-

præsertim, nobilem, illum Homeris explicatorem impenderit. Scio ego non deesse, qui hæc studia effusius rideant, perinde ac inania quædam, & fluxa, quæ neque nobis ornamento, neque aliis usui sint: dedecere hæc Principes viros, & verè nobiles, ad quos publica rei administratio pertinet, quorum operam familiarium, & cognatorum commodis inferuire par est. His Picus, Italic nostræ Phœnix, In lib. epist. unicar eßponsione faciet satis. Scripsit is olim ad Andream Corneum, studiis hæc non ad ostentationem, sed ad cultum animi dirigi, in quo uno consistere legitimam felicitatem: cum ipsius Philosophiae studio nec ad vitæ constantiam, nec ad delectationem animorum ullum maius, aut melius à Deo munus homini datum sit. Et nemo certe negabit, quin PINELLVS recte fecerit, & sapiēter, genio, quo se ad has artes raptari intelligebat, indulgendo. Carnificina ingeniorum nulla maior, quam promiscuè, & sine ullo delectu impellere hominem in ea studia, quæ ipse fastidiat, & aueretur. Hinc torpent animi iuuenum pestilentii hoc sidere afflati; hinc bonarum artium, & bone mentis verius, contemptus, & odium; hinc rerum tumor, & sententiarum vanissimus strepitus, ut ille Petronius in pinc. aliunde fædi plerumque exitus, quos tum demum vitare licet, si patres sapientis natura monita non aspernarentur. Prodit in hanc sententiam grauissimus auctor Plutarchus, Apollinem Delphicum Romana eloquentie parenti, qua ratione ad immortalitatis fastigium peruenire posset consulenti respondisse, hoc illum aſſectum, si ad propensionem, præscriptumque natura, non ad

sententiam aliorum vitam institueret. At is, fame & glorie præpostè sitiens, vulgi rumusculis percitus, & domesticorum commodis consultum volens, ultero se perditum iuit, non secus atque ille,

Demosthenes,
Iuuenalis,
Sat. x.

*Quem pater ardoris massæ fuligine lippas,
A carbone & forcipibus, gladiosque parante
Incude, & luceo Vulcano ad Rhetora misit.*

Illud sane obseruandum (ut in orbitam redeamus) finistro genio, & inuita Minerua aliquid agere diceréue temerarium esse, ne quid dicam maius.

Patauij PINELLVSCUM Dominico, gentili atque affine suo coniunctissimè vixit, quem non multo post vidit, & lubens, clarissimum Cardinalem; amicosque tum primum habuit excoluitq; officiis sane omnibus, Guidum. Vbaldum è Marchionibus montis, Cæsarem Benedictum postea Pisaurensem Episcopum, AVGUSTINVM VALERIVM, doctrina etiam tum sanctitatisque meritis ad Veronensem Episcopatum, & ad Cardinalis honorem prolu- dentem; Iohannem præter hos, & HYPOLLITVM Aldobrandinos, quorum alterum vidimus Cardinalem, Summum Pontificem alterum. Vixit Patauij annos IIII. supera XL. per quos nemo fuit apud Italos vel exteris qui ingenij laude clareret, qui non PINELLV M officiose obseruarit, & quamuis consilium mihi sit ab eorum indice contextendo abstinere, ne lectorés tedium afficiantur, eos tamen parcè admodum recensebo, quos narrationis series suarum gestarum fides, ad finem properanti obtulerint. Id u-

num

num, exquisitum sane & singulare, baud silentio preter-
eundum, anno videlicet MDXCIX. CLEMENTE VIII.
Ferrariam Roma profecto, ut eam urbem ex morte AL-
PHONSI II. Atestini caducam reciperet, Cardinalium &
insignium virorum plerosque omnes, qui ut Venetias se
conferrent Patauium attigerant, ad PINELLVM honoris
gratia diuertisse. CAESAREM Baronum Card. in pri-
mis, amplissimi ordinis decus, quem cui nostri lumen nos
Rome nuper morte interstinctum cum bonis adeo omnibus
doluimus. Baronio aderat ROBERTVS Bellarminus,
doctorum votis, & propriis meritis diu olim designatus
Cardinatis, qui & ipse congressus est cum PINELLO, ge-
ssiente p[re]gaudio, quod tunc temporis domi sibi inuisere
contigisset, quos non nemo in dis[er]tis undecunque regio-
nibus maxima cum admiratione veneraretur. Memi-
risque ego Card. Borromeum iuniorem, probum illum non
minus quam eruditum, & alios complures litteratos viros,
audisse me Roma dicentes, sibi non alia de causa Pataui-
nam urbem videre in votis fuisse, quam ut PINELLVM
fama notu, de facie agnoscerent. Percupiuit hoc I. Lipsius,
qui id scripto etiam testatum voluit; spero enim (ita ille)
quia penè decretum mihi, sub annum instantem s[ecundu]m in Ita-
lia me susterre; & absit ut ea exam, nisi te videam & amplectar.
quid exam? imò cum in ibo, hoc fieri opinor: & inter prima &
calida desideria mea est, ut hoc reddam effectum. Viue, viuam: nisi
casus aut vis impedit, videbo. Et verò tantam eruditorum
confessionem quis admiretur? nemo opinor, nisi qui igno-
rabit, PINELLI domum Patauij animorum Prytanum,

*Bibliothecam ingeniorum, Musæum doctrinae fuisse & eruditionis. Vixdum IOH. VINCENTIVS Patauij domicilium collocarat, cum acerrimo studio ductus nobilium quotquot erant rerum dignoscendarum, quo ipse ad extre-
mum usque vita spiritum honestissime flagravit, Tri-
dentum proficiisci decreuit, ut ibi sapientissimos, & reli-
giosissimos orbis Christiani viros de maximis Catholica
religionis dogmatibus consultantes, & agnosceret, & au-
diret. Socium sibi peregrinationis asciuit IOH. Franci-
scum MVSATVM Patricium Patauinum, Philoso-
phum cognomento, litterarum omnium apprimè scien-
tem, qui morum elegantia, & vita innocentia PINEL-
LVM sibi adeo deuinxit, ut nihil supra. Contigit autem
MVSATO, IOH. VINCENTIO superstiti esse, ut nimi-
rum defuncti viciibus in re litteraria tuenda & exornan-
da, ut facit, persungeretur. Linguis hic noster non tan-
tum Græcam, & Latinam callebat, sed & exoticas quo-
que, Hebream, Gallicam, Hispanicam, quarum & au-
tores perpendere, & speciem formamque amare, & in-
tuiri iamdiu nouerat. Vernaculum sermonem ita pridem
excoluerat, ut nitorem in eo suspiceret & elegantiam, non
elaboratam concinnitatem. & sane prodit animum fre-
quentier oratio; nec aptius vitro facies, quam sermone
mores exprimuntur.*

Hor. ad Piso.
nec.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunatum habitum: iuuat aut impellit ad iram,
Aut ad humum mætore graui deducit, & angit:
Post efficit animi motus interprete lingua.

Neque vero pœnituit Patauium secessisse. Hic enim
sousque in scientiarum cognitione profecit, donec omnibus
admirationi esset. Audiu ego eum domi sape sapius maxi-
mis de rebus in eruditorum corona differentem, animad-
uerique, mirari omnes quotquot aderant rerum selec-
tarum copiam cum orationis splendore certantem. Pro-
prium Gracorum fuit, ex tempore dicere ad proposita om-
nia. Extemporalis huius eloquentie auctor laudatur nobis
Sophistes Gorgias Leontinus, à quo arripuere Græci, à
quibus Romani. Abstulit autem secum bonarum artium
interitus exercitationem hanc, quæ linguam acueret, ex-
cogitandi que celeritatem compararet. Excitauit vero
PINELLVS magno cum fructu, ut qui orationem mevit,
sentiarum grauitate honestaret. Hinc HIBRONY-
MVS MERCVRIALIS, magnus ille sine controvèrsia Iatro-
nices, cui medica ars ornatum debet selectum illum & pe-
cularem, quo pristinam dignitatem nunc demum abunde
testatur, in admirationem actus aliquando cum PINEL-
LV M domi audisset, egrediens (aderant ibi forte commu-
nium amicorum plerique) ecquem ait vidisti viro huic
multipli doctrina conferendum? comprobauere qui au-
dierant, nec iniuria profecto. Hac enim qua diximus ita
eminabant in ipso, ut in his regnare prope omnibus vide-
retur. Ostentatio tamen ab eius dictis factisque procul abe-
rat, nihil de se magnificum, preclarumque sentientis; quo
fiebat, ut egregium duceret senscere se, ut ille olim, semper

addiscentem. Si quando vero, ut inter loquendum fit, animaduertebat, afferuari a se libros, scripta, aliisque quamquam recondita ac singularia, que amicis visa hac tenue non essent, ea promere, atque adeo commodare veliro nec peccentibus auebat. Quo studio incitatus, in usum omnium, difficile dictu est quantis laboribus vir natus ad litterarum reipub. commoda fuerit perfunctus. Vera hæc, et contra assentationem dicta. Is enim que volobat valde volebat; Lydium ingentiorum lapidem dixisset, amicorum omnia non secus ac sua ad amissim explorantem. Reprosciebat ille ab amicis eandem sedulitatem; quam tamen prestatre contigit admodum paucis, quos ille (ut parerat) aureos homines appellabat. Et profectò plorosque eximia illa diligentia, ne dicam morositas deterrebat, non estimantes quanti interfit temeré ne, an consulè quidpiam agas. Instruxerat ille preclaram hanc suam discendi cupiditatem ope multorum, qui eadem voluptate afficerentur. Hos non in Italæ, Europæque turbibus modo sed et in oppidis, vicisque selegerat, quorum industria continenter vtereatur, ad quos epistolas schedulasque oportane misitaret. Iblud sane in PINELLO mirandum, quanam ratione ipsi per imbecillam valetudinem liceret tot rerum meminisse, tot negotiis sufficere. Et verò hanc ille sibi preter ceteras methodum prescripserat, ut perfectis amicorum litteris, earum capita compendiaria via in codicem referret. Hunc sibi proponebat responsurus, sepositus epistolis, in quarum mox tergo

tergo adnotabat nomen eius qui scripsisset, annum, diem, locum, & negotiorum indiculum. Harum fasciculos singulis hebdomadis in cistulas transferebat. Ad litteras cum demum responderat, selectas in manipulos cogi, annorum, mensium, septimanarum, dierum habitatione digeri, & in unum secludi imperabat. Consueuerat insuper tabulas sibi quasdam confidere, in quas referret ea omnia que ipse ab amicis, que ipsi ab eo viciissim postulareret; describrisq; summis negotiorum, perentiumq; nominibus, uno intuitu discernebat quid atrum esset, quid agendum restaret: re cōfecta, nomina inducebat, postquam rescripta cum codice, contulisset: & omnia manu plurimum sua conscribebat, (duobus quibus agrotanit annis exceptis) ne scilicet villa in re officio decesset, neque cuiquam minus diligens videretur.

Et quamvis firma satis non sit amicitia, si qua, velut tibicenes, vtrid citroque concursantium litterarum sibi vicissitudines postulat, quæ nurantem infirmiusculamque furcillant, frustari tamen desideria amicorum inurbanum sanè est. Negotiorum referat epistolam scriptitanti, mos erat præcipua capita subdit a linea indicare, ut eo confessim excurreret legentis oculus. Ego profectò neminem noui, tum in scribendo, tum in respondendo, PINELLO diligentiorem; cùm enim anno Roma secularem integrum exegerim, neminem omnino tabellarium, cui non ad me litteras daret, sibi unquam elabipassus est, quantumuis ager, & medicis conclamatibus decumberet. Id omnem superat admirationem, quod cùm

Ioan. Picus in
epist. ad Ande-
Corncum.

per

per annum è lecto surgere non licuisset, febrenti sine intermissione, vexato stranguria intimesque doloribus, lithias in vesica, & renibus laboranti, ad extremum tandem quætabe, qua nimiris vigilius redacto, quod inquam hac & non minor a patienti, libri tamen, scriptiones, plantæ, semina, fossilia, nummi veteres, & alia huiusmodi, nunquam ex animo exciderint. Dolori (quod mirum) ita imperabat, ut vni medicis proderet, non ostentaret; mecum sancè interdum, & cum amicorum non nullis strictum, & aliud agens, de morbi gravitate conquestrus, illico digrediebatur, bilarem se, & communem præbens ad miraculum usque. Hinc, nisi fallor, patet quanti intersit præclaris actionibus consueuisse. Amplectitur enim eas animus, neque se ab iis vollo patitur incommodo diuelli. Obstrepant licet, obtundantque, hinc animi agititudines, inde corporis morbi, is qui semel, serioque litterarum suavitati animum adiecerit, attendet vni sibi non minus, quam fidicines & circulatores in magna hominum celebritate. Actum sane de bonis artibus esset, nisi ipsæ id amatoribus suis praestarent, quod de plebe sordidis & illiberalibus non paucis lucri cupiditas. In eam curam, dum vixit, ardenter incubuit, ut libros editos, manuscriptosque, linguarum doctrinarumque omnium in unum cogeret, cui operi destinat scriptores librarios plerosque, quorum ipse unus operas ferè omnes mercede conduxerat. Bibliotheca eiusdem, quæ inter omnes penè Italicas, ac ferè dixerim Europeas,

vna

una eminset: Quinquaginta annorum opus fuit, magni ex eo saltem aestimandum, quod accuratisimus vir in illud opum contulerit: curas suas omnes & cogitationes. Ef- finixerat eum ad hoc munus natura, quam ipse solertia & ingenij acumine eo usque prouexerat, ut non magis fre-quentes olim Apollinis tripodas consulentes, quam Bibliothecas instruendi PINELVM inuiserent, à quo veluti à cortina Musarum, aurea huiusmodi rerum præcepta do- mum referrent. Librorum numerum mihi incomptum, ex eo inuestigare quis poterit, quod Neapolim post eius obitum capse librariae plus minus centenæ tricenæ delatae sunt. Et sane librorum quos probitas, aut probitatis ple- rumque comes raritas commendaret, paucos admodum in eius Bibliotheca desiderasse. Jurisconsultorum commen- tarios non pañim, sed parce admodum, & cum delectu ad- mittebat, veluti Alciatum, Budeum, Cuiacium, Duare- num, Goueanum, Augustinum, & ceteros qui ius ciuale in pristinam dignitatem restituerunt: alios ab his longum valere iusserat. Hanc illi fortasse mentem PAVLVS MA-
NVTELVS iniecerat; Non enim te arbitror studiorum tuorum c. Lib. 4. ep. 5. legantiam ineptissimis, planeque barbaris quotundam scriptis in- quinare velle, quæ cum immensa sint, pleraque tamen inania, la- boris & molestiz plurimum, utilitatis & obiectamenti minimum habent. Hæc ille: Nundinarum Francofurensem, Ve- netorumque bibliopoliarum librarios quotquot erant in- dices sedulò perlustrabat, & ab amicis qua Italici qua transalpinis omnia diligenter in bibliothecæ ornamen-

sum percunctabatur. Si quid Romæ, Florentia, Parisiis,
Antuerpiæ, Augustæ Vindelicorum, Venetiis, & alibi,
PINELIANA bibliotheca dignum prodiret, non deerant,
qui vixdum edita volumina, & quaterniones aliquando
è pralo recentes PINELLO missitarent. Vidimus etiam
doctorum hominum plerosque, egregios dico & nominis
magni, ad suam dignitatem pertinere arbitratos, Musa-
num PINELLI exornari commentario quopiam è suis. Vi-
disses ibi spheras cœlestes, terrarum globos, organa Ma-
thematis, tabulas geographicas, hydrographicasque,
antiquorum edificiorum typos, ichnographias, ortho-
graphias; fossilium rariorū prædiuitem metallothecam;
loculos præterea forulosque, in quibus plurima eorum,
que ars, naturae ad ostentationem elaborarunt, conde-
bantur. Veterum numismatum copiam non affectauit:
selectioribus tamen non nullis unice delectatus, queis anti-
quariis figeret crucem, studiosus quæsturis, si quid in ipsis
reconditi eruditius lateret. Uno ille Neronis nummo
in usu hactenus & valde singulari, ingenia prouocauit
complurium eruditorum, obtinuitque ut symbolum per-
Laurætius
Pignorius.
obscurum, amici conscriptione, quatenus licuit, illustrare-
tur.

Recentiorum libros empturus, disquirerbat an habenda
esset fides titulis, qui speciosis plerunque verbis, ineptissi-
mis voluminibus lenocinantur. Ideoque bibliopolarum
consensu investigationi huic impendebat horas aliquot,
male

malæ emptionis fastidiis obuiam iturus, quæ exprobare iugiter fultitiam domino solet. Librorum qui olim prodiierant iteratas editiones cum primis eōs erebat, & si quid additum seu demptum intellexerat, in eorundem margines referebat, magna cum suitum aliorum fructu. Accidit enim se penumero, ut optima notæ libris frequentes editiones suauitatem adimant, & probitatem. Bibliotheca hanc suam confaci, aut contrectari haud patiebatur, quod, ut ipse dicebat, variarum rerum congeriem informem continere: cum tamen omnia aptè disposita essent, & suis queque regionibus collocata. Artium porro, quas ingenuas appellamus, unaqueque suas hic, easque perpetuas stationes habebat. Grammaticen dico, Rhetoricen, Dialecticen, & ceteras; quarum agmen cludebant grauiores illæ, quibus mores formare cura est, & rerum humanarum diuinarumque arcana contemplari. Harum omnium scriptores in varias dialectorum tractationumque classes distributos, antiquos à recentioribus etatum series distinguebat. Armata litteris quadratis, loculis numeralibus notis insigniti, elementario indici respondebant, in quo libros descriptos omnes habebat. Perquiramus cum PINELLO si lubet Pliniij codicem; syllabus ipsum dabit in elemento P. cui scrinium adscriptum T. cum loculo III. & ad hanc rationem omnia. Libros manuscriptorum chartaceos, tum in membranis, seorsum ab impressis in bibliotheca umbilico, ut ita dixerim, collo-

D 2 carat.

carat. Incluserat verò capsis, extructis ad eam altitudinem, ut in summis, tanquam in mensa abacoue, locari orbis cœlestes & terrestres, & alia huiusmodi statui commode possent.

Commentarios demum, libellos, epistolas, historiolas, & alia huius ordinis, quæ ipse plurima anxie coegerat, insigni collocatione aptis & accommodatis locis composuerat. Cui rationi rerum disponendarum, uti studiois non iniucundæ, paulisper immorari operæ pretium duxi. In fasciculos ille singulos coniciebat commentarios aliquot, quorum scriptio narrationis alicuius, bellicorum verbi gratia apparatum, rerum hortensium, similiumque scopus propositus esset. Hos fasciculos in libri morem, non tamen compacti, charta emporistica operiebat, cui inscripti unus plurè sue characteres elementarij, prout manipuloru numerus exigebat. Scriptiunculas quotquot erant, chartæ puræ folia disparabant, cum adscripta numeri cuiuspiæ barbarica nota. Hæc omnia uno aut altero exemplo illustrabuntur. Inerant congeriei, A, nobilium Mathematicorum scripta, inter quæ commentarius CAROLI TECTII de Circini usu, notatus 18. In codice F, quem rebus Hispanicis destinarat, numeralis nota 31. Escuriaci descriptio nem, alia quæpiam Caroli V. Tunetanam expeditiōnem indicabant. Ad manum erant hæc omnia ope codicis, quem in elementarias sectiones differtitum indicem vocamus. In hoc sub littera, A, censebantur ea, que

qua ad Mathematicas disciplinas, nota numerali praecunte. Exempli gratia,

1. Commentarius Galilæi Galilæij, Florentini Mathematicæ Patauini Prof. pro Copernico aduersus Iacobum Marroniu[m].
2. Iosephi Moletij de emendatione anni.

22

In quem ordinem redegerat ea omnia, quæ primo illo elemento complexus erat. Subsequebatur littera B, qua sub iisdem numeris alia continebantur, apta nihilominus inter se & conuenientia. Neque verò ad calcem codicis huius deerat libellus alter, in quo, elementaria ratione, summa quedam capita descripta essent omnium quotquot erant Manipulorum, bac methodo. Nota, V, res omnes Venetas indicabat, coniectas in fasciculum G G. Demus ergo, collubitum fuisse illi commentarium perlegere de æstu Veneti maris, quod Hadriaticum vocant, ad alterum ille indicem hunc actutum configiebat, à quo ad priorem illum amandabatur, elementa G G inspecturus. Hic ille rerum Venetarum breuiario perfecto comperiebat, latere commentarium de æstu maris sub numerali nota 28. congeriei illius cuius character duplex G.

Non adeò faciles aditus (ut diximus) præbebat ipse ad hanc suam bibliothecam inspiciendam. Iis verò, qui illaudata periergia duelli, nullius pretij homines, illam videre affectassent, omnino interclusam volebat: sufficere dictitans commonstrarī illis imagines illustrium virorum, quarum decurias aliquot in domesticis conclauibus affer-

D 3 uabat.

uabat. Hoc idem V R B I N I D V C I propositum olim audiui. Inuisenti enim mihi aliquando Pisaurensem eius bibliotecam, refertam optimorum librorum, admirantique quod esset ornamentorum, tabularum videlicet, signorumque inanis, bibliotheca Praefectus respondit, dedita opera id factum, ut ne illuc conuolarent, qui re litteraria non afficiuntur; multos enim bibliotecas inspectare, ut oculos, non ut animum oblectent. Illud sane in PINELLO apprime laudatum, quod libros libenter commodabat, doctis praesertim, & us quos breui restituturos opinabatur, quorum si qui opinionem fefellerint, liberosue inquinassent, aut corrupisserint, his iterum petentibus duriuscum se prebebat, velut & illis à quibus ipse vel quidpiam impetrare non potuisset, vel quos rudes, & imperitos arbitrarentur;

Cic. lib. 2. de off. Enniane sententiae memor: Benefacta male locata, malefacta esse. Cum verò commodare aliquid nollet, utebatur communibus quibusdam non inurbana inficiationis locis, quorum ille princeps, librum qui peteretur iamdiu cum aliis Romæ esse. Annis enim ferme viginti antequam cederet, affinium flagitationes elusurus, amandauit Romanam capsas librorum duodeviginti, quas illic quoad vixit manere voluit, ut affines negocium sibi faceffere desisterent, illuc aliquando ut ipsi rebantur migraturo. Statim atque librum commodauerat, describebat in schedula preter diem, nomina tum auctoris, tum illius qui accipiebat. Quæ omnia adiuncto conspicuo aliquo ligneo, vel char-

chartaceo segmento inibi reponebantur, ubi statio libri erat, ut mittamus, relata haec in codicem huic rei designatum. Didicerat haec ille ab Attica Musa Xenophonte, cuius verba Latinè reddidit nobis maximus Oratorum Cicero in hanc sententiam: *Hæc postquam omnia secreuimus, Apud colu-*
tum suo quæque loco dispositimus, deinde quibus quotidie seruuli
veuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda & conficienda
pertinent, hæc ipsa ei qui vni solet tradidimus, & vbi ea poneret
demonstrauimus, & vt salua essent præcepimus. Addit autem;
Hæc annumerata ipsi exscriptimus, eumq; admonuimus ut quod-
cunque opus esset sciret vnde daret, & meminisset, atque annota-
ret quid & quando & cui dixisset, & cum recepisset ut quidque suæ
loco reponeret. Et sanè quis non videat plurima ordine de-
stituta pessumire? vetus est proverbiū, paupertatem
certissimam esse, cum alicuius indigeas, vt i eo non posse,
quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod desideratur.
Pergit porro grauissimus Philosophus sententiam suam
obuis & de media hominum vita arreptis exemplis com-
probare, in choro canentium, exercituum, militum, arma-
mentorumque in naui, quæ omnia rite disposita & vsui
sunt, & voluptati. Hæc omnia aptus & conueniens re-
rur ordo prestat, & alia non minora, veluti expediri ci-
tra laborem omnia, omnia celerrime confici, seruosque ru-
des quantumuis & ineptos imperatis esse omnino pares.
Vidiego apud PINELLVM nostrum, decennem puerū Her-
ronymum nomine, qui refertiissima (vt diximus) Bibli-
thece seriem ita mente & memoria complexus erat, vt
omnia Domino, utibus penè poscenti, protinus exhiberet.

Inus-

Apud colu-
mella lib. 12. de
re rustic. &c. 2
& 3.

Inuidit mors conatibus pueri, qui Ioh. VINCENTIO triste sui desiderium reliquit.. At quia ad ordinem, quo vir clarissimus est egregie vsus; nostra delapsa est oratio, quid vetat prodere nos minuto; at sane cōcino exemplo, quanto is odio perturbationem prosequeretur? Pecuniam si quando veldare vel exigere necesse erat, antequam numeraret, disponere per series, nummorum & metallorum classes cōsueuerat primum; argentum videlicet ab auro, maiorem à minori pecunia disparare, cōponere deinceps eas, monetas, que idē penderent, postremo adnumerare. At vero ut narrationibus huiusmodi in futurum abstineamus, illud faciet ab eodem fonte haustum, Pinelliano videlicet, à quo nihil impurum, turbidum nihil nos unquam manare animaduertimus. Aestimabat ille ex rei veritate temporis iacturam, quam is faciat necesse est, qui nullam sibi proposuit actionum suarum rationem. Sunt in hac vita plerique male feriati, quos non pudeat bonas horas nihil agendo, male collocare; eos non ineptè similes sis dixeris, qui pecunias, qui patrimonia prodigunt. Ut enim ab his frustra effusarum pecuniarum rationem extorqueas, cum multas liqueat impensas esse: ita illos vitæ lapsus, temporis fuga nequaquam admonent perire sibi non cogitantibus rem adeo pretiosam, & contra humanum votum, aditum immortalitatis obserari. Rem sanè dignam Democriti risu. Sunt qui nummi unius iactura non parum afflentur, diei vel hore, atque adeò anni non item: cum tamen hac abeanc

abeant in praecipso haud unquam remeatura. At quia non sunt hæc publici gustus, ad PINELLVM reuertamur. Is a me cum audisset, MARCVM CORNELIVM EPISC. PATAV. clarissimum lumen ordinis sui, frequentibus adeuntium, & salutantium officiis distineri; monuit, ut ipse ANTONI PERENOT CARD. Granuelani factum oculos proponerem. Is dum pro Rege Neapoli esset, matutinarum horarum statas quasdam, & certas, quibus se conueniri volebat constituerat. Iusserat etiam, ut adituri vespere præcedenti nomina profiterentur, e quorum ipse agmine XII. aut XV. felicebat, quos admitteret. Curbat autem ne in manibus exordiis tempus sibi & reliquis profuturum dilaberetur. Quo factum, ut cum aliquando admissus nescio quis iactare cœpisset, se Archiatrum esse, conductum publico are, & alia quedam ad dignitatem, ut ipse opinabatur suam, non exigui momenti, exceperit Cardinalis, per me esto ut lubet, reliienda hec in aliud tempus, nunc ad rem de qua agimus aggrediamur. Ita ille garrulos, & molestos in publica commoda peccantes, coercere solitus. Curabat sibi PINELLVS librorum editorum inuentu difficultum quotquot comparari poterant exemplaria, cum ut haberet quod substitueret his, qua casu vel furto pereunt, cum ut prospiceret si quando ius egerent, commodis amicorum. Quod de libris diximus, de commentariis calamo exaratis dictum puta. Autographa enim perire sibi nolebat, exempla lubens commodare, at-

E que

que adeò largiri consueverat. Desidiam & torporem in-
geniorum maximè insectabatur, quo siebat ut amicorum
eruditos impelleret semper, ad novi quidpiam vel pangen-
dum vel meditandum. Si quid vero animaduerterat
dignum quod hominum manibus tereretur, in amicorum
pluteis latere, tum demum omnes machinas admouere, ut
ne studiosis diu inuidetur, libris, opera, & praesenti pe-
cunia iuware. Huic PINELLI rei litterarie promouenda
studio, non pauca doctorum virorum monumenta accepto-

*Prefat de iure
Provinc.*

Testis de semetipso C A R O L V S S I G O N I V S,

Me vero ut hæc facerem (I O H . V INCENTIV M alloquitur)
cùm res ipsa per se cognitione dignissima, tum tua in primis aucto-
ritas impulit, qua in omni re semper apud me plurimum valuit. &
infra. Quodd autem mea sponte propter summum meum erga te
studium, tuamque constantem erga me voluntatem eram facturus,
ut aliquo te scriptorum meorum generè appellando, veterem me-
am necessitudinem notam posteris facerem, id mihi multo iustio-
re ratione in hoc libro retinendum esse duxi, ut quod te potissim
hortatore opus ad exitum perduxisset, id etiam in manus homi-
num in tuo multo ornatusimo nomine darem.

*Lib. de vino
& aqua.*

Hieronymus etiā Mercurialis hæc olim præfatus: Com-
plures aguntur anni ex quo Patauij, atq; etiā in ædib; tuis, ad quas
velati ditissimam quandam disciplinarum omnium officinam, &
cunctorum litteratorum celebre in conuentum, quotidie concur-
ritur, de vici abusu semel differentes, in eam incidimus disputatio-
nem, vtrum ad nutrienda corpora hominum adeo conduceret,
quemadmodum à veteribus esse puratum passim existimatur, cum-
que recepisse, interdum me ea de re publicè esse in prælectioni-
bus meis serio locuturum, ad perficiendum non modò es adhor-
tatus, verum etiam sè penumero ita scriter inflamasti, ut cui nun-
quam denegare quicquam iamdudum statueram, in negotio ad-
modum utili & iucundo potissimum esse patendum iudicauerim;

*C*on fine ipsius epistole, inquit: collatis simul pluribus scriptorum exemplaribus, publicari mandaui, tibiique primatio similis huius laboris & auctori, & patrono, dedicare volui, ut cum ab hoc dogmate minimè protus eoram me auerlus sis visus, & non mordicus tueti, salem non infractus penitus fuisse conatum ostendere possis. *E*misit cōscribentibus hac nobis librum cui titulus: INDAGATIO VERÆ ET PERFECTÆ DEFINITIONIS LOGICÆ, HORATIVS CORNACCINVS, vir pietate & doctrina insignis, in quo studium hoc sibi compertum PINELLI nostri extare voluit, honorificis hisce verbis: *P*raefat Non defuerūt etiam, qui acerrimis stimulis me ad incepturn prosequendum incitarunt. *P*rae ceteris, dum viueret Ioh. VINCENTIVS PINELLV, immortalis memoriaz vir, atque in omni optimarum artium genere versatissimus, præcipue verò in rerum abditum causis, naturæque arcanis perscrutandis, studiosissimus & curiosissimus, cuius optima, & suauissima consuetudine utinam mihi diutius frui liceisset. Sed hanc mihi felicitatem mors inuidit, quæ eum rapuit, cum miram hominis eruditio nem, motumque suauitatem degustare vix cœpisset. Ad hunc quasi ad oraculum confluabant omnes litterarum studiosi, non Italic modo, verum etiam totius ferè orbis terrarum: cuius rei testis est ingens epistolarum vis, quæ vndique ad ipsum quotidie mittebantur. Cum hoc itaq; præclarissimo viro, hasce meas cogitationes cum quandoque communicarem, veterique me dixisse, ne noua promulgando sermonem alicui de me daré, ille me valde hortatus est, ne ab incepto deterreret, quod diceret, noui aliquid proponere, si tamen id neq; remere neg; sine ratione proferatur, haudquaquam verendum esse. *E*t quoniam studiorum similitudo amorem parit, litteratos explicari non potest quantum amauerit. Non ille se incondito affectuum impetu raptarè patiebatur noueras quid & quatenus amandum: *Vetus dictum haud de ipso dictum:* Amans quid cupiat sic: quid sapiat non videt. ANTONIVM QVÆRENGVM CAN. PATAVINVM dilexit.

vnice, affectus suauitate morum, animi candore, diuinorum humanarumque rerum, & nobilium linguarum notitia penitiore. Vedit hæc probè R A N V T I V S P A R M A E Dux, non paternis tantum laudibus insignis, à quo est euocatus QVÆRENGVS, ad historiam cōscribendam, quæ res ab ALEXANDRO eius patre clarissimo Imperatore in Gallia & Belgio fortiter gestas, pro dignitate completere-
tur. Eius ego specimen historie, ac veluti vniuersa nar-
rationis typum, visum & laudatum magnis viris, perlegi
summa cum voluptate, gratulatusque sum saculo nostro,
extare quod & in hoc genere conferre cum optimis anti-
quorum possumus. Cum Querengo eximie amauit Clau-
dium Puteanum Nob. Gallum, cuius non fictæ laudes, &
amplissima munera recensentur à Iacobo Augusto Thua-
no, è quo hæc descripsimus: artissimam in Italia amicitiam
coluit cum IOH. VINCENTIO PINELLO Patric. Genuensi, omni litté-
rarum genere ac rerum cognitione viro excultissimo & Philologo-
rum fauore eximio, quam crebris officiis, postquam domum re-
diit, semper renouans, ad mortem vsq; seruavit. Oderat PINEL-
LVS eos qui in hoc vniuersitatis theatrum, quem mundum
vocamus, spectatum introducti, oculis tenus, tanquam
hospites minimè curiosi, eo munere fungerentur. Allicit
nos ad suispectaculum natura variis admirandisq; ima-
ginibus, quas qui despiciat, idem se brutorum plerisque in-
feriorem fateatur necesse est. Haud ita hic noster. Quic-
quid enim natura aut arte admirandum, quicquid bello
pacere insigne in Europa dum is viueret uspiam contigit,

id

Ex libro circa
historiarum.

id penitus scrutari pulchrum ducebat. Multiplices amicorum narrationes, delineationes varias, eo studio congerebat, ut nihil supra. Exemplum sit in multiplici iride, & tergemino sole anni MDCI. VII. ID. Februarij: Patauij, Venetius, Roma, & alibi, phasma illud sibi describi, & commentariis explicari curauit, ab amicis quorum periergam alias probauerat. Aetas nostra librorum tum veterum tum recentiorum oppido ferax, paucos vidit in eogenere litterarum quas humaniores vocamus, quibus non inscriptum alicubi esset PINELLI nomen: & sane decebat honorificè appellari eum, in cuius bibliotheca viri docti maxima studiorum suorum praesidia collocata intellegebant. Nimium hic & fastidiosum sit, recensere PANCIROLOS, SCHOTTOS, PERSIOS, SALVIATOS, & alios non paucos, quibus placuit eam PINELLO mercedem rependere, quam Milesius Thales sibi persolui optauit. V-

Apuleius in
Florid. lib. 4

nus certe SIGONI testimoniū quin ad scriberem mihi ipsi imperare non potui, adeò luculentū est & singulare. Omittam, inquit, illud, quod vere mihi videor posse dicere, eum esse te, quem ego cùm propter veterem erga me animi propensionem vnicè diligam, tum propter variam præstantium multarum artium cognitionem, & incredibile ac constans virtutis ac scientiæ studium, omnibus istius ætatis ac dignitatis hominib. anteponam. Itaque cùm in te omnia eluceant quæ præclara videri hominibus atque eximia solent, Genuæ patriæ claritas, Pinellæ familiæ decus, Cosmi patris optimi ac magnifici viri splendor, fortunatum amplitudo; tu hæc omnia perpetuo uno virtutis, ac doctrinæ, quo flores studio ita obscurasti, ut qui te laudant, hoc in maximis tuis ornamenti ponant, quod his omnibus quæ vulgo homines suscipiunt posthabitisi, solam laudem ex beneficentia, comitate, multa-

tumque atque egregiarum disciplinarum notitia conseceris.
Fuerunt plerique qui ne de facie quidem noto librorum
suorum patrocinium commendarent: tum ut cum eo ami-
citiam inirent, tum ut ex eius nomine libris quos edebant
existimatio non vulgaris, sed doctorum hominū accederet.

Quas rationes LUDOVICVS SEPTALIVS clarissimus
medicus ob ~~per~~ ^{per}as sibi proficitur, cum PINELLO suos in
Hippocratem commentarios nuncupauit. Neque minus
laudatum quod mox narraturi sumus. Ab ipso, tam-
quam tabularia Musarum afferuaret, exquirebant qui-
bus id cura, quid editum quid non, scriptorum etates, no-
mina, & alia sexcenta, quibus ille scrutandis eum sibi re-
conditarum rerum apparatus congefferat, ut nulli non
faceret satis. Expertus est idē Sigonius, qui ad calcem au-
reorum librorum quos inscripsit de regno Italiae, hæc habet:

IOH. VINCENTIVS PINELIVS, vir plane in omni studiorum ge-
nere singularis, ac propter eximiam humanitatē inter omnes ma-
xime memorabilis, qui non solū pretiosissimum ingentis sua bi-
bliothecæ thesaurum totum explicuit, sed nullum etiam diligen-
tiae atque impensæ officium in hoc opere prouehendo reliquit.

Experti ANTONIVS POSSEVINVS, & GVIDVS PAN-
CIROLVS, viri nunquam satis laudati. PETRVS PITHOEVS
vir rei litterariae studiosissim⁹, ad nouellas Iuliani antece-
foris hoc abūdē testatus, sed & permulta de beo viro clarissimo,
& nunquam laudato satis, IOH. VINCENTIO PINELLO, ex cuius vni-
ca bibliotheca plura mihi de IUSTINIANO didicisse contigit, quam
ceteris omnibus.

Neque libris tantum inquirendis nauauit operam PI-
NELLVS, CAROLI CLVSII, VLYSSIS ALDOVRANDI,
FER-

Sigonius.

Biblioth.

De notit. vtr.

Imper.

FERRANTIS IMPERATI, & aliorum hortos, musea, me-
sallothecas instruere ornareque satagebat; labores pecu-
niisque optimè impensas arbitratus, que in amicorum
commodum, & publicam cederent utilitatem.

BORROMAEVS tun. Card. cum insigniorum virorum
autographa schedia discuperet, dignoscendis marginalibus
librorum annotationibus calamo exaratis vsui futura, v-
ni PINELLO negotium detulit, qui diu grauissimeque a-
grotans, breui tot nobilium scriptorum manus congebit,
& tibi & Cardinali multa transmisserit, & sibi non pauca in
bibliotheca ornamentum referuarit; Cuius rei gratia hac
ad PINELLVM IOSEPHVS SCALIGER; Duo autographa pa-
tris tibi mitto, fragmentum Epidorpidum, & indicis cuiusdam,
quem lacupletissimum in Galenum confecerat, ut una opera per-
spiceres, quæ fuerit eius idiothesia, tam in mundo quam in litura.
Libros idemmet à PINELLO sibi comparari exceptans ita
scribit; Nos magna in penuria librorum sumus, qui immanibus
sumptibus bibliothecularum nobis paramus. Neque vero nostra
caritas afficit quam raritas, quæ hic accedit pretium eorum li-
brorum, quos alibi copia viles facit. Itaque sæpe cogimur inuiti ad
opem amicorum configere, quod fecit ut & tuam implorarem.
Itaque quamquam sentio quām inciullem rem faciam, qui tuas
meliores curas morer, vt te meis rebus adiutorem parem: tamen,
nisi grave est oro te, vt tua opera Iudæi curent mihi illos libros,
quorum nomina in schedio seposui. Ego frustra illos libros in Ger-
mania, Anglia, & Italia conquisiui. Et infra. Non satis est semel
perficiuisse frontem, nisi rursus orem te, vt si qui nummi prisco-
rum Principum Scaligerorum reperiri possint, quales apud patrem
vidi, eorum aliquor, aut unius saltē copia mihi fiat, quod mihi
non solum maiorum meorum, sed etiam tuo nomine charissimum
sempiternum erit.

FRANC.

FRANC. MARIA VRBINI DUX, quem veterum Regum studia emulantem admiratur etas nostra, PINELVM consule haud grauabatur. Idemque cum a Etare rum in orbe nostro quotidie gerum, que Imperiorum optimi instrumenta qui rerum potiebantur in arcanis habebant, colligenda sibi decreuisset, ad unum IOH. VINCENTIVM configuit, qui eius votis egregie respondit. Is horum auctorum per annorum seriem compositorum, non modicam ut ita dixerim struem adseruabat, in quam non ea tantum que ipse singulis hebdomadis accipiebat, sed et que amici, descripta coniecerat; ut auctiora minimis etiam rebus, seu alia interdum à suis, animaduerterat. Minuta hæc, et alicui forsan leuiora, at cordatis viris secus. SPERO SPERONIVS, Patauinae urbis decus.

Plin. iun. lib. 3. PINELLO perfamiliaris, Plinianum illud commendabat epist ad Marc. plerunque; Nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prosit. Qui enim hac rerum gestarum cognitione detinuntur, non oculos tantum auresque inani lectione passunt, sed et animos exemplis instruunt, pretiosum sibi thesaurum ciuilis prudentiae comparantes. Contemplatur animus, è præteritis euentibus doctior factus, ea que in conspectu sunt, et mala si qua impendent, minus fraterius, bona, si qua aduentant, minus insolens opperitur.

Si quando ipsi aliqua de re dubitare contigerat, omnes quos penes eius rei arbitrium esset, consulebat, quorum responsa componere, et examinare solebat. Si quod denuo

non

non liqueret, monebat modeste & cum fructu. *Vnus Neronis nummus de quo dictum supra, fuit in causa, ut ego Roma non semel PINELLI nomine FVLVIVM VRSINVM conuenirem, cui vni, & non immerito, detulit etas nostra primas in antiquitatis reliquiis censendis & disquirendis. Admonuit ille me, ut ad PINELLVM, quem is magni faciebat, scriberem, non vni datum ut omnia sciret, relinquendas & posteris aliquas ingeniorum exercitaciones, laudatum illud NE QVID NIMIS, in litteris etiam sibi locum vendicare; in quibus perquirendi modum qui sibi non constituit, is se plerunque inaniter discruciet nesse est. At non his se limitibus contineri volebat hic noster, qui plurima, abiecta aliis & desperata, hac ratione protulerat in lucem.*

Accidit quandoque, perraro tamen, ut amicorum quispiam exposceret ab ipso librum commentarium, quos ipse non nosset, quo veluti clasico excitatus, perquirere, scriptitare, omnia miscere consuevit, eo studio, ut ipsum non lateret si quid eiusmodi extaret, & pleraque eius generis preclara alioqui atenebris & situ vindicaret. Adeius arbitrium dirempetas vidimus omnes fere de humioribus litteris controversias, que inter nostri cui doctos viros in gymnasio Patauino, exortae: in quibus tamen aequum se adeo & officij non immorem probuit, ut Biante maior, amicos amiciores habuerit semper. At verò ut bibliotecam suam, quam in oculis ferebat, quo-

tidie locupletaret, hanc sibi inter alias rationem proposuerat, ut à litteratorum, qui diem nuper obiissent, heredibus, librorum indices compararet, ex quibus ea omnia perdisseret, quae sibi in bibliotecam essent transferenda. Quod tamen raro admodum accidit, cum haud è què dominis, ac ipsi nota essent, que in cuiusque biblioteca latebant. His vero perquirendis quam fuerit accuratus, declaratum et volumus ynico exemplo. Vir clarissimus Venetiis idemque doctissimus annis preteritis vita functus est, PINELLO charus, ut plerique omnes Venetorum, quos doctrinae illicio, & nobilium studiorū amore sibi deuinxerat. Libros aliquot magni nominis manuscriptos ille diu in deliciis haberat, quos IOH. VINCENTIVS diuenditos redemit, & cum eiusdem bibliothecæ reliquias bibliopola nescio quis, schedas videlicet, atque alia eius generis caemisset in gratiam falsamentariorum, re comperta, illico hic noster nobilis illustrum virorum epistolas perire non est passus. Emissarios ille habebat, quorum industria ex orci faucibus sepe sapient eripuit insignium virorum liberales labores, in quam curā qua sedulitate incumberet, ex eo patebit, quod mox narratur sumus. Cibrorum, cymbalorum, & cithararum artifices, quod non modicam vim membranarum in artificium suum absumerent, singulis saltim membris conueniri à suis volebat, & id optimo ut plurimum euentu. Amicos PINELLVS sibi conciliatos similitudine studiorum, tanquam exemplar aliquod intueretur sui, singu-

singulari benevolentia prosequebatur, eos præsertim quibus curæ esset rerum admirandarum, que ab arte vel natura proficerentur, accurata disquisitio: EDMUNDVM BRVTIVM in his nobilem Anglum, disciplinarum Mathematicarum, rerumque militaris, & herbarie apprimè scientem, cuius ille commentationes non semel suspexit, cuius se quandoq; imparem curiositati est ingenuè professus. Huius quam diximus disquisitionis ille in PINELLO character; quod cum is aliquando nescio quò proficeretur, animaduertit non incolarum mores tantum regionibus distingui; sed & herbas, arbusstaque alia in aliis locis nasci, substituique à natura in denascentium locum quotidie recentiora, quæ fuis tamen limitibus contineantur, ac si externi soli horrescerent peregrinitatem. His qui animunt aduertit, confectum plerunque itinerum molestiis, næ ille in sinu Musarum conquiescens omnia rimabitur, abdita licet semotaque, nullum sibi temporis articulum sine frumentu diffluere patietur.

Hominum quò quisque inclinaret atque propenderet illico peruidere solitus, non è Metoposcopis alicuius traditionibus, sed præstantium tot virorum consuetudine congregibusque eruditus. Unica illi allocutio penetratissima cum quo loquebatur in conspectum dabat; versabat enim sermonibus variis, seriatim oscilans temperabat; Proteæ dixisses multiformem illum, nec præfagientem minus atque diuinum. His verò quos intimè nosset, insignia co-

F 2 gnomi-

gnomina certas rerum notas plerunque procudebat, quibus animq; propensiones, corporis formas, aliaque id genus indicaret. Modestos & verecundos sufficiebat; à garrulis & gloriis, ut à pestiferis & nocentibus refugiebat. Bardos, & inelegantes formidabat, odio insito penitus à natura, quod in horridos etiam incomposqué præpostè in urbanéue aliquid agentes erumpiebat. Tu illum elegantiarum patrem meritò appellassest, ita omnia cum modo & ad præscriptum rationis sibi gerenda constituerat.

Communibus & urbanis mirum in modum delectabantur, sanniones à congressibus suis abigebat, turpe hominum genus, cui in gratiam alieni risus, insania perpetuò conuenit in manum. Eruditos quantumvis, maledicos tamen & intemperantes, oderat odio Vatiniano, quorum pridem consuetudini renunciarat, qui rem honestissimam fæditate morum dehonestarent. Hos si quando necesse babuit, inuitus tamen admisit, egitque data opera ut animaduerterent illorum sibi congressum, colloquiumque haud probari; malle se cù illitteratis at bene moratis multum esse, quam cum illis tantillum. Et sanè qui litteris & probitate animum excoluerit, is supra fastigium mortali- tatis elatus, Dei opt. max gentilis videri solet; at vero si quis mihi potestatem optionemque fecerit, ut eligam veras velim, litteras an probitatem, ineptus profecto sum nisi post habeam illas huic. Quid enim distat litteratus vita informis à genii malis? dixerunt illos Greci. Demo-

mas, appellatione à scientia dœcta, improbos licet artifices omnium scelerum libidinumque. Alexandri Oliae Cardinalis dictum extat, præclarum illud sanè & memoria dignum, Probum ægrius euadere quempiam, quām doctum: At illud huic longè præstare, cum ex integris moribus vberes magis, quām ex bonis litteris fructus percipiamus. Doctrinam ergo & mores qui coagmentauerit, glutino pietas religionis, omnium ille sibi amorem conciliat necesse est. Hac fuerunt in causa ut PINELLVS nobilissimam Societatem quam IESV appellamus, diligeret charamque haberet, in qua ille amicos habuit; ANTONIVM POSSEVINVM, AVGUSTINVM IVSTINIANVM, IVLIVM NEGRONVM, PAVLVM COMITOLVM, LAYRENTIVM TERTIVM, FRATRES GALIARDOS, BARISONOS, BISCIOLOS, FRANC. FORTECIAM, ALEXANDRVM GRANELLM, RICHARDVM ESIUM, aliosque non paucos, qui morum sanctitatem cum doctrinarum cognitione sociarant. His officia omnia prestare, de his honorificè multa prædicare iamdiu assueverat; huius societatis non Patres tantum sacerdotesque, sed & fratres quos vocant maximè admirabatur, ut quibus modus decorumque in omni vita sit in promptu. Ex hac PINELLI cum his Partribus consuetudine, suspicati sunt nonnullifore, ut ipsis bibliotbecam suam testamento legaret. Quod utinam factum, & memoria profecto sua, & publicæ utilitati optime consuluisse.

Hier. Garimb.
in vita eiusd.
Card.

Domi IOH. VINCENTIVS quotidie conueniebat
 ab omnibus quotquot Patauij litterarum ingenuarum or-
 namento nobiles erant, neque ab his solum, sed & ab ad-
 uenis, qui eò ventitare gloriosum sibi ducebant. Hic do-
 cere & doceri pulchrum, quò nemo a symbolis veniebat
 unquam, nemo sine recondito aliquo munere litterario,
 quibus ille ut erat instrudissimus ad docendum, parem
 gratiam retulit semper. Transalpinis hominibus, qui
 bonas artes non trahitè amarent, cura erat cum pri-
 mum Patauium venerant, hunc nostrum de facie nosce-
 re, ab eoque in albo, ut vocant, amicorum tesseram
 philothesiam sibi comparare. Has ille elegantia &
 amoris plenas concinnare solitus, in gratiam studioso-
 rum, quos etiam manusculis plerumque prosequebatur.
 Religioni in congregib; habebat digredi, quantumuis
 necessario, tantisper ab iis qui eum conuenerant, nisi
 prius libros aliud illis è bibliotheca prompsisset, quibus
 moræ tedium leuaret. At quam officiosus fuerit ex eo
 posbis arguere, quod cum ipsi cum plerisque, qui in Pata-
 uiino Gymnasio profiterentur, amicitia intercederet, ipsò
 sumque aliqui (ut sit) alter alterum non omnino a-
 marent; haud tamen unquam is officij lineas trans-
 luerit. Quo factum, ut & ipsi PINELLO certatim
 bene vellent, & is pacem inter ipsos non semel conciliaret.
 Pacis vero, concordiaque adeò fuit studiosus, ut illi val-
 de soleret in ore esse, dissuere qui possit, si incidat minus re-
 68

*Ete facere: comitate, ut innueret, facilitateque nihil non expugnari. Et sane de PINELLO id prædicare possu-
mus, quod de Solone Plutarchus, nullis eum se in ciuitatis
disidio immiscuisse factionibus, non magis huic, quam illi
fauisse, sed conatus omnes suos parasse in ciuium concor-
diam. Quos inuitus vel occupatior admittebat, in vesti-
bulo domus excipiebat, stare vel deambulare solitus. Ho-
minem enim preclara cogitantem, nihil aquè torquet ac
temporis iactura, quantum maximè percipit, cum otiosis
ineptissue aures suas dedere cogitur. Iure & festine Hora-
sius, quem nescio quis de genere hoc miserandum in mo-
duum obtuderat:*

Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet enfia,
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra;
Garrulus hunc quando consumet cunque; loquaces,
Si sapiat, viter simul atque adoleuerit ætas.

*Moris ipsius fuit, omnes qui eum venerant salutatum,
ad infimos usque scalarum gradus comitare, domesticos
ut libet atque familiares. Irascebatur quippe ineptis qui-
busdam, qui nescio cuius existimationis magis, quam ami-
corum rationem habentes, sanctissimum amicitiae nomen
inani verborum gesticulationumque obseruatione tur-
pissimè polluunt. Ne vero fructus illos quos ex amicorum
congressu perceperat, nulla sibi abriperet obliuio, cum illi
abuissent, secedebat is in cubiculum interius, ubi quæ præ-
clara in colloquendo animaduerterat, in commentarium
manu sua referebat. Imò & cum amici adessent, nun-
quam*

De instit. Tras.
ian. Impes.

Lib. 1 Satyr.

quam non illi ad manus fuit calamaria theca, ut summa rerum quæ placuissest capita, ne exciderent annotaret. In hos commentarios si quis forte studiorum inciderit, is sum denique leonem ex unguibus, ut dicitur, estimabit. Testatus sanè mihi est Antonius Persius, selecta doctrina non minus quam PINELLI antiqua familiaritate illustris, consueuisse IOH. VINCENTIVM adnotare ad omnes quotquot nanciseretur alicuius pretij auctores, ubiores & politiores notas, quas acerrimo studio ab aliis non conquisebat modò, sed & excogitabat ipse doctè & eleganter. Aristotelis libellum commonstrans amico, eiusdem contubernalis Paulus Aicardus, & quidem ad eum modū compactum, ut pagelle pure in usum scriptioris essent interiectæ, subdidit; en quæ IOH. VINCENTIVS elaborat Aristotelis interpretamenta. Fuerunt sanè qui crederent, babere præmanibus historicum quidpiam, quod viderent anxiè propemodum perquirirentem quidquid ubique terrarum contingere dictis factisū memorabile, Nomothesia præterea explorantem, & Topographiam regnorum insigniorum, urbium, oppidorumque. At quid Aristotelicum interpretaretur, quidusc operis ille se posuisset sibi, in quod unum præclaras studiorum suorum opes cōferret, nos adhuc ignoramus, ut ut simus anxiè percunctati. Quocirca in eam sententiam deuenimus, ut arbitremur cum IULIANO MEDICE, LEONIS XI. magni Pontificis charissimo agnato, iuuene quidem ornatisimo, quem PINEL-

LVS

LVS ipse unice amauit doctrinam, probumque expertus, dis-
pluuisse quidq; id vel olim adobescens, vel iam seni exer-
citationis gratia excidisset, assiso nihil probare, quod
non esset numeris omnibus absolutum; cum quotidie ma-
gno reipublicae litterarie detimento, nec mininto cum fa-
stido, wideret scripturientes eos, & inepte passim volu-
mina prudentes, qui litteras vix à lumine salutassent.
Tantis curis implicitus, non abiecerat hic noster, ut pleri-
que faciunt, familiarium curam, in quibus probandis mi-
bi semper diligens, nonnullis plerumque difficultis visus est.
Et sane formas speciesque verius rerum, quam res ipsas
intueri dixisses: adeo nihil non eximum perfectumq; spe-
tare disicerat. In his, ut probitatem mittamus, nihil
aque diligebat ac vigilantiam & attentionem, quas ut
acueret, nutu quandoque si quid fieri vellet, significare so-
litus. At si qua minus exaudissent, repetebat, subiratus
tamen, & stomachanti similis; que omnia eò tendebant,
ut illis socordiam excuteret. Quidquid imperasset ad vn-
guem factum volebat, ferebatque permoleste, si quid ipse
aliando non ex praescripto actitassent. Nihil non com-
ponebat, ipse & quidem meditatus, ad normam rationis:
banc abuci, compendij vel sapientiae obtentu, pati hanc
poterat. Quo facto familiarium fastum, nimiosq; spiritus
obtundebat, quorum est spe fortunatoris cunctus, con-
suique, ut ipsi arbitrantur prestantia, ab imperatis disce-
dere, cum detimento ac pernicie eorum, que ipsorum fidei

G com-

committuntur. Seruis enim, ut ille aiebat, utilius est parere quam consilium afferre. Cauebat autem hac in re, ut in ceteris, à perturbatione confusioneque, tum ut familiares sibi quisque attenderent, tum ut clamoribus & iurgiis abstineret: quod ita executus est. Locos plerosque insigniores in templo D. Antonij, quod in eius vicinia situm, memoria commendarat, in quibus quotidiana omnia, tum dicta, tum facta ordine collocabat. Quo subfido munitus, ad vesperam in summa scheda notabat litteram I, precipuam nominis sui, quæ agmen duceret eorum quæ in crastinum peragere constituerat. Hæc demum linea concludebat, sub qua per classes familiarium nomina, littera ut diximus capitali adnotabat, cum indiculo eorum quorum curam cuilibet demandasset. Quæ tamen si bireferuarat, ut emissios famulorum oculos celaret, Græcè scribebat. Exinde die crastina primo diluculo seruis in cubiculum accitis, curabat ut ipsi in schedula exscriberent, quæ singulis obtigerant, ea prope serie, quæ & ipse descriperat. Si qui scribere nescissent (quod tamen raro admodum contingebat) scribebat ipse non inuitus. Quibus peractis, curabat unusquisque sua, quorum ipse dominus exitum in secessu bibliothecæ præstolabatur. Qua methodo circa confusonem, & omnes quod sibi quotidie faciendum noscebant, & familiares, rudes licet, imperitique, ingeniosi exercitatique breui euadebant. Torpentes ille tardosque, Lentulorum gentiles appellabat; & narrabat subinde

inde, FERDINANDVM Regem, Catholicum cognomento, caratione familiarium nouitorum ingenia explorasse, ut oes iuberet officij negotiis gratia conuenire: sed ad magnatum plerosq; amandaret, à quib. cum demū redissent, quæ dicta quæ facta sciscitabatur, atq; eadem opera quis aptus ad eiusmodi munia obedienda, quis securus, obseruabat. Seruorum peccata, quæ modo alicuius essent momenti, memoria mandabat hic noster usque adeò, ut nunquam ex illius animo discederent. Meminerat eorum multis post annis, interpellabatque sape sapientis, ut eorum reprimeret confidentiam, meminissentne quid peccassent, quid prepostere egissent superioribus annis eodem met die? Horum familiam satis frequenter aluit, sed quod mirere, altum domi silentium inter tot capita, quorum plerunque est non modo eadem non sentire, sed perpetuo dissidere. Hos ille fidos licet, minimeque loquaces, ita instituerat, ut aduentibus amicis decederent statim, ne videlicet aut illi obliuiscerentur conditionis sua, aut hi se adhibitis arbitris exceptos suspicarentur. Hisdem tamen ope vel consilio, indigentibus agrotantibus defuit nunquam, imo summa benevolentia illis opibus, his adhibita medicorum opera, ut convalescerent sedulo curabat, quo factum, ut quod raro contingit, metueretur idem et amaretur a suis. Horum agmen secum trahentem nemo unquam vidit, vix uno cum processerat contentum, eoque frequenter amandato, cum copia comitis esset, qui cum deabulare et colloqui lice-

ret. At quia ut diximus, ducere vel doceri eximiè auebat, recepit lubenti animo in contubernium doctos aliquot viros, quibuscum differere de re litteraria continenter & per otium posset. Nec sane minimum hoc ingeniorum incitamentum; cum intra domesticos parietes monitores alimus, qui forment studia nostra, qui animum excitent reuerentia sui, quos neque subrufitus pudor, neque inanis assentatio à dicenda sententia deterreat.

Horum primus (quod ego sciam) MICHAEL SOPHIANVS, à quo Gracè peritisimo eiusdem lingue haustis intimas notioes: cui deinde successere nō magno interuallo, THEODORVS RENDIVS, CONSTANTINVS PATRICIVS, NICASIVS ELLEBODIVS BELGA, qui Latinè nobis Nemesium de natura hominis expreſſit, quem apud PINELLVM Lib. 8. epist. 3. degentem anno MDLXVIII. magni, ut par erat, fecit PAVLVS MANVTIVS, callidus elegantium ingeniorum aſtimator. Præter hos domi habuit BENEDICTVM OCTAVIANVM, res Philosophicas Theologicasque doctum, IOANNEM CORESIUM, & LEONARDVM SGVTTAM, domo Chiūm, optimarū artiū ſtudii impensè eruditos, MARIANGELI ACCVRSII filiū FRANCISCVM ni fallor, insignem moribus & doctrina. At egregium hoc ſtudium doctorum hominum iuuandorum, mala valetudo intercipere aggressa, obtinuit, ut præter binos I. Lipsij alumnos, neminem amplius domi habuerit. Horum alteri THOMÆ SEGETO nomen, alteri ERYCIO PVTEANO, cui erudi-

eruditio modestiaque adeo suffragata, ut primum artis
Oratorie interpretem Mediolani, & Chronographum Re-
gium, deinde suffetum in praceptoris locum, in Louaniens-
i Schola declararint. His graue preclarumque testimo-
nium impartitus I. LIPSIUS.

Cér. 3. epist. ad
Italos & Hi-
spanos.

Quicunque haec legetis,

Testor apud vos ex animo, ERYCIVM PVTEANVM bene hone-
steque naturam, educatum, institutum: Ingenio ad optimas artes fa-
cili, & tenaci, in vtruis lingua Græca, & Latina peritum, versu &
prosa bonum, vita moribusque modestum, & plura etiam reperi-
enda in eo si quis pernouerit, quam hic dicam. Habet Mathesim,
Philosophiam, Musicam quoque, & planè dignissimus est cui bene
velit, siue bene faciat, quisquis doctrinam, elegantiam aut virtutem
amat. Commendo vobis talibus hunc iuuenem, à mea quoque
institutione & manu profectum: ac spero, vel confido, potius, gra-
tiam me debituram quidem, si quis mea causa bene fecerit, sed &
habituros mihi, si qui propius, aut familiarius sibi iungent. Ro-
go, fides mihi sit sincere scribenti; rogo gratia aliqua & subli-
dum in mea scriptione. Louanij anno MDXCVII.

I. LIPSIUS Professor, & Historiographus
Regius ipse scriptor.

De Segeto vero haec ille.

Ead. cent.

Qui haec legetis,

Testor apud vos scrib̄, hac mea manu, T A O M A M S E G T V M,
gente & domo Scotum, notum mihi à pluribus annis fuisse. Imo
ab ipsa prima eius adolescentia, meum vel discipulum, vel auditorem.
Eo omnitempore, probis se probasse, ac mihi in primis, ob
acre, & excellens ingenium, ardorem studiorumque discendi: atque
ita profecisse, ut in meliori omni litteratura, paucos sibi æquales
habeat, in æquali æuo. Addo & moribus modestum ingenuum-
que esse, & dignum quem tales omnes æstiment, atque ament. Pe-

to igitur atque absens rogo, ut hunc in occasione adiutum velis
tis, fauere animis, consiliis, factis: bene locaturi beneficium quod-
cunque in eum conferetis. Stirpes istae fouendæ & attollendæ sunt,
in commune reipublicæ bonum, cui boni omnes studeamus. Lou-
uanij.

I. L.

Epist. 64.

*Idem LIPSIVS eidem alibi gratulatur, quod fuerit re-
cepitus in IO H. VINCENTII domum. Gaudeo in Italiam
incolumen venisse, gaudeo in domum magni PINELLI admissum,
quem virum, æuo & gloria iam veterem, Italia vel inter veteres
fuos præferat & iactet. Idemmet PINELLO gratias agens,
quod S B G E T V M apud se voluerit esse in unius testimonij
sui gratiam, ita præfatur: Si quis in Italia hodie veteri & me-
rita fama est, cum ego te censeo VINCENTI PINELLE, & ideo iam à
pluribus annis tacito quodam affectu & colo & amo. Eiusdem*

Epist. 76.

Epist. 78.

*quam præclara illa, & luculenta? Malo fato & raro factum
est, ut una epistola bis missa, nec semel peruererit. Haud magna
alioqui iactura, nisi quod testimonium cultus mei, & affectus re-
tardauit, non tamen oppresserit, vel nunc ecce reuelandum. Nam
ego tuum nomen ab adolescentia prima & noui, & amavi, & vene-
ratus adeò sum: ut debui eius, qui virtutem, & doctrinam eximiè
coleret, & in se haberet, in aliis excitaret. Sunt iste breues, sed ve-
re tuæ laudes, quas in his annis, & matuiore æuo, quia pernoctai,
magis etiam amo. Si aliqua similis affectus tui scintilla in me; tri-
umpho, non solum gaudeo, & esse cùm aliorum litteræ, tum tuæ
loquuntur, ante duos menses plus minus ad me amanter scriptæ.
Ergo amare amatum me possum dicere, & ut semper possim, te per
genium tuum, virtuti & honori sic amicum, rogo. Louanijs Kal.
Decemb. MCICXCIX.*

Cent. 2. epist.
24.

*Mibi vero animaduersum quod est, hanc videtur
prætereundum, LIPSIVM quoties PINELLI inciderit men-
tio, magnum fæcere vocare, ut proxime vidimus ad Se-
frq[ue]nter
getum;*

getum; & ad Clusinum: Illustri viro VINCENTIO PINELLO cum scribes, queso te salutem ei à me dicio, ignoto de facie, non de fama, amo virum magnū apud omnes magnos. In eadē cent. ad MER-
CVRIALEM: Abiisse tē honestissima vocatione Bononiā audimus. Ni id esset, valde rogarem in viri magni VINCENTII PINELLI amici-
tiam me insinuares, quem ego iure astimo inter Italorum primos.
Quem vero eorum PINELLI contubernalium quos supra
recensuimus, designet PAVLVS MANVTIVS, haud sanè
noui. Is hæc ad IOH. VINCENTIVM in calce epistole; Vale,
& familiarem tuum, cuius doctrinam, & ingenium in Lucretiana
interpretatione mirum in modum probo, saluta meis verbis.
Non paucos, præter hos, quorum fecimus mentionem,
domesticos habuit litteratos viros, inter quos vnū in deli-
tiis habuit, cuius & nos vita scribende non aliquan-
tisper immorari, plerisque nefarium videatur: tum quia
hic PINELLI ANAE animæ dimidium fuit; tum quia par-
viguit inter nos & mutua benevolentia, ad extremum usque
vita spiritum. Neque vero id sine lectorum volu-
ptate, quos certo scio iucundè spectaturos, amicorum nobi-
le par, quos cum celebratis illis componere possumus, tot an-
nos summa concordia sine villa querela vixisse. At mihi
liceat queso (ut cum D. Gregor. Nazianzeno dicam) Greg. Nazian.
in laud. Atha-
nasij.
Ὅτε μοι μηχεὸν ἔτι εὐτεῦΦη· Κατ ω διηγήματι,
Detur id amici docti pīq; memorie, quæ nunquam disce-
det ex animo meo, quē ipse sibi aureis in perpetuum catenis
deuinxit. Hic fuit PAVLVS AICARDVS, cui patria Albin-
gaunū Ligustica oræ nobile oppidū. Is Taurini primū per
aliquot annos versatus, ubi in Philosophorum Medico-
rumque

rumque album descriptus est, anno MDLXX. Pataium
venit, ut insignes aliquot Medicos, qui tunc temporis
hic profitebantur, tum audiret tum affectaretur. Hic, ut
Genuensem, eundemque eruditum decebat, sepe saepe PINELLOM conueniebat; quo accidit, ut genio conciliante al-
ter alterum certatim amaret, charumque haberet. Nec
mirum vtique, cum πολυίσωρ πολυίσωρα, φιλέλλων
φιλέλλωνα, μισοπονηὸς μισοπονηὸν amplectan-
tur: Cum sit ad connectandas amicitias vel tenacissimum
vinculum morū similitudo. Amoris huius eximium il-
lud indicium, quod cum IOH. VINCENTIO tunc obtigis-
set Neapolim proficiisci, uni AICARDO bibliothecam suā
commendarit. Ex quo arguas licet, quanti estimariat PINELLOVS AICARDI & probitatem & integritatem, cu-
ius spectatissimæ fidei crediderit litterarios illos thesauros
suos, à quorum etiam conspectu plerosque arcere consue-
rat. Reuersus aliquot post menses IOH. VINCENTIVS,
AICARDVM secedere volentem comiter rogauit, ut se-
cum paulispermaneret, hoc unum eius gratia & conse-
fuetudini indulgeret, in cuius domo per tot menses solus, &
non inuitus fuisset. Annuit ille, non diu se mansurum ar-
bitratus. At cum pestilens morbus annis MDLXXIV. &
LXXV. Venetias primum, deinde Pataium peruaesseret,
in quem Lucretij carmina optimè quadrabant,

Lucr. lib. 6.

— & mortifer & stus
Finibus Euganeis funestos reddidit agros,
Vastauitque vias, exhaufit ciuibus vides.

hunc

hunc declinasse PINELLVS, ut nemo non faciebat, secessit in amoenissimum agri Patauni oppidum, Euganeorum collium decus, cui Montis silicis nomen, quo mala haec lues appellere haud valuit. Eo diuertit cum PINELLO AICARDVS, magno amborum bono, cum inuicem longe lateque graffantis morbi molestias excutere suauissimis colloquis valerent. Huc accessit, quod cum illuc migrasset Venetorum Patauinorumque Patriciorum non minimum agmen; edes PINELLIANÆ sis omnibus paterent, eò doctrina animique gratia confluentibus.

Ut primum abut pestilentia; reuersus Patauium PINELLI & AICARDVM, cuius suauissimos mores, eruditionem, uitæque integritatem deprehenderat, ut apud se aliquadiu esset exorauit. Quod sane ambobus optimè verxit, cum alter sine altero esse minime posset, acciditque breui, ut quæ inter ipsos intercessit benevolentia tam altas radices egerit, ut neque mors illas conuellere potuerit. In PINELLI consuetudine eiusmodi euasit AICARDVS, ut sapientia, animi moderatione, humaniorum omnium litterarum cognitione, non paucos anteiret, interquæ modestia, & ingenuus pudor ut aeminebant, ut nemo eum, vix de facie notum non amaret. Linguas nobiliores, Graecam, Latinam, Italicam usque eo callebat, ut si quid ipse prisci insolitue interpretari libusset, prorsus quid adderes non haberet. Ad vi. & xx. annos Patauji moratus, magni semper est habitus, idque ultra vulgarem modum:

Memini ego MELHIOREM GVILAND: NVM, rem Her-
 bariam Patauij magna cum laude profitentem, & non
 minoris apud eruditos nominis, parcum alioqui laudato-
 rem, aduenis quibusdam de AICARDO sciscit antibus re-
 spondisse, neminem illo Patauij doctorem, etiam si gym-
 nasijs quotquot erant interpretes adnumerassent. IACO-
 BVM DAVY PERONÆ D. Episcopum Ebroicensem, quem
 CLEMENS VI in Cardinalium collegium cooptauit, in
 quo ambigas utrammirere, pietatemne an multiplicem
 eruditionem, Romaredeuntem, ubi summa cum fide Re-
 gis sui cum Catholica Ecclesia redditum in gratiam procu-
 rarat, Patauij anno MDXCVI. MARCUS CORNELIVS
 Episcopus Patauinensis splendidissime exceptit. Is ut hospi-
 tem tantum commodissime liberaliter simque haberet, ut
 sedulo curauit, ita AICARDVM illis diebus in Ebroicen-
 sis gratiam domi habuit, quo cum doctis & eruditis ser-
 monibus horis succisiuis congrederetur. Hinc ille AICAR-
 DV M admiratus dixit aliquando, per id tempus quæsibi
 in terra Italia esse licuit, præter quatuor aut quinque ma-
 gnos & eruditos viros, in quies & AICARDVM repone-
 bat, haud obtigisse ut alias nosceret. Quam amicitiam
 contractam similitudine studiorum, aliuit in posterum u-
 terque communibus officiis, epistolisque doctorum proble-
 matum refertis ultro citroque misit andis. Omnia di-
 eta AICARDI factaque extra venditationem animad-
 uertere, qui hominem noverint. Et licet frequenter lit-
 tera-

teratorum congreſibus aderat, non ideo tamen obtrudere ſe ſe viſus unquam, erumpet fane aliquoties, ne peda-
ria omnino ſententia videretur, at parcer, & earatione,
ut qui aderant animaduerterent ipsum ad scopum colli-
maſſe. Quae nimurum ſeriō doctis familiaria, ut & pau-
cis ſe expediant, & è verbo non temere prolatu virum
multifcum metiantur. Quae ſicui non ſufficiunt, iſ demum
ſciat, HIERONYMVM MERCVIALEM (qui nobis hac
ſcribentibus prope octuagenarius diem functus eſt) edere.
eogitantem librum illum ſuum de morbis cutaneis, quem iſ
alii auditoribus ſuis dictarat, AICARDVM ſelegiſſe, qui
menda tolleret, errores corrigere, redigeret que in legitimi-
mam & germanam libri faciem. Neque vero imparem ſa-
meni præſtitit AICARDVS, qui libram Gvilelmo
SYRLETO laudatiſſimo Cardinali inscripſit, & MER-
CVIALI fecit abunde ſatis. Ea illi à natura inſita hu-
manitas, ut omnes ſibi promiſcè doctos, indoctos, ſum-
mos, infimos, deuinciret. Qua ratione qui illi obtrecta-
ret reperiſſes neminem, niſi maleuolum inſigniter & male-
dicum. Vertebat illo ſe in omnes omnium propenſiones.
Phiλανθρωπία quadam, cuius comites manuſtudo mo-
rum, ac facilias, lenitasque animi, quarum eſt animis,
velint nolint, dominari, pellicere que ad ſe alienas qua-
rumlibet hominum voluntates. Eius opera quisquis e-
ſus, nihil unquam habuit quod amplius defideraret, ſeu
fidei ſeu diligēcia. Quarid est affecitus, ut nemo non

A. Gellius
c. 15.

auderet eius comitatem & industriam periclitari: Inuitarant cum non semel amici, ut profitendi munus in gymnasio Patauino capesseret; neque defuere ex ipsis gymnasij moderatoribus, qui eadem proponerent, quos ille omnes & unico responso refellebat, imparem se oneri & non translatitia illi doctrina opus esse, qui alios publicè docere velit. Eadem opera Cardinales, & dynastas non paucos, à quibus, magnis propositis conditionibus est plerumque euocatus, PINELLI domesticae consuetudini post habuit. Quares in causa fuit, ut AICARDVM PINELEVS eo impensis amaret, quod eius sibi consuetudinem cerneret acrius inuideri: cum nihil aquè (ut nescio quis ait) amorem incites accendat que, quam: carendi metus. At IOH. VINCENTIO non erat quod metueret, despexerat enim iam pridem hic noster inanes honorum titulos, effrenemque pecunia cupiditatem, & mentis tranquillitati intentus; quam abuicit necesse est, qui illis se flectibus iactari patitur. Non nesciebat nimurum quantas immodicum honoris studium misericordia aulicis constitutat cruces, didiceratque per uolutandis nobilium scriptorum monumentis, & viro honesto otij amanti, nihil aquè fugiendum ac superba, ut Horatius ait, ciuium potentiorum limina. Meminerat nobilis adagij: Procul à luce procul à fulmine, appositè ad illud eisdem Poëtae,

Sæpius ventis agitatut ingens
Pinus, & cellæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulgida montes.

Hanc

Epod. od. 2.

Lib. 2. od. 10.

Hanc illi mentem, præter alia, iniecerat PINELLI contubernium, à quo videbat omnia hac, uti apinas tricasq; contemni & reucci. Optimum AICARDO vifum, doctri sapientisque cōiectum, à quo fratris loco haberetur, Principum virorum consuetudini preferre, quos nonnūquam deprehendas Pbryx eos arietes, personamue Aesopicam illam, cui extima species, & præterea nihil. Interiore se quandoque animi motu ad Ecclesiasticam viterationem corripiens sentiebat, at abstinuit, quia cum MARCO CORNELIO EPISC. PAT. charus esset supra quād dici posset, videri noluit eo instituto prouentus aliquid amplioris au- cupari. At in morbo qui postremus illi fuit, decreuerat cum primū conualefceret, animum religione liberare, mecumque, si PINELLO superstitem esse conrigeret, aut Verone cum PTOLEMAEO OLIVETO, quod vita refligaf- set absoluere. AICARDI liberalitas eo magis enituit, quod minus ipse dines fuit. Neque enim valuerunt rei familia- ris angustiae continere animam magna cogitantem, quin erumperet saepe saepius collatione insignium beneficiorum. Res domestica non omnino ampla ut diximus illi fuit, cuius ne experiretur tenuitatem, PINELVS quā officiis quā beneficiis eximie inuit. Neque sane ius quibus minima for- tunae sunt, præclusus omnino est aditus liberalitatis, si Aristotelem audimus, cum diuitem faciant (inquit ille) non Rhet. lib. I. e. possesso sed usus. Amicis hic noster omnia largiri, ut pretiosa, consueverat, modo animaduertet et incunda

esse quæ donaret. Inde iacari nos cum ipso, esse in potest at
te nostra quicquid haberet, ablatoresque, cum libuisset,
nec petentes quidem. Monstrabat aliquando amicorum
cuiquam numismata quedam argentea recondita & sele-
cta, cumque notasset in eximia quæpiam oculos (ut fit)
coniectos, misit sub vesperam familiarem, qui amicam do-
mici conueniret, numismataque suis verbis donaret. Ut
fuit elegantiarum omnium amator, librorum, nummo-
rum, gemmarum, tabularum, nulli unquam peper-
cit impensa, deterruitque PINELLVM aliquando, qui ma-
gnos in his comparandis. AICARDI spiritus non semper
approbabat. Quod tamen nullum inter ipsos unquam dis-
fidium peperit, cum alter alterum summè diligenter, PINEL-
LVSQUE AICARDVM filij, hic illum parentis loco haberet.

Philostr. lib. 4. Recte enim Tyanæus, causam esse amoris similitudinem,
que in sapiente in affinitatem euaderet. At quod dictu-
mirum, cum familiaritas pariat contemptum, nemo un-
quam illorum ad id dilapsus, ut alterum minus, quam a-

Lib. 1. epist. 10. micitie leges ferunt, amaret suspiceretur; ut enim (inquit
Plinius Iun.) de scultore, pictore, fiduciæ, nisi art. sex iud. care-

Lib. 2. od. 13. ita nisi sapiens non potest percipere sapientem. Horatij carmi-
na in ipsis quadrabant.

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diversus querimontis,
Suprema cœtus soluet amor die.

Et sancè, cuius oculos non præstringat, cuius animum no-

alle-

alliat doctorum hominum par, volentium idem idemque nolentium? Thesauros & opes nemo sanus prætulerit his bonis, quæ eo maiora, quo rariorem huiuscenotæ amicitiam reperias. Neque non norat hæc Ioh. VINCENTIVS, homo si quis alius perspicax, & acer in iudicandis rebus. Ideoque largitionibus & congiariis PAVLVM sibi deuinclum frequenter voluit, ut illi suppeteret unde partam existimationem sustentaret. Ideoque, non multis ante obitum annis, aureæ præceptionis memor, ante mortem amico beneficiendum, donauit illi inter viuos I V. millia Eccl. c. 14. aureorum, è corpore grandis pecuniae quam Romæ habebat. Quain re AICARDVS, idem qui semper à PINELLO impetravit, ut non nisi mortis causa donaret, quasi iam tunc animo peruiderer præmoriturum se, & liberalitatis riuum ad caput unde manarat, turbato ordine reuersurū. Quod si AICARDVM PINELLO superstitè esse contigisset, non dubito quin ipsi Ioh. VINCENTIVS bibliothecam suam legasset. Cum enim AICARDVS decedens libros suos PINELLO testamento reliquisset, ille tum mihi qui aderam, exquirerum humanarum lusus? is mihi bibliothecam suam legatam vult, cui ego meam volebam. AICARDI bibliothecula ita enim præ PINELLIANA operosa illa & voluminum sane multorum videtur appellanda selecta erat, classicisque auctoriibus referta, veteribus nimis, quorum lectionem ille amicis decantata carmine subinde commendare consueuerat:

Moti-

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Enn apud Cie.
in li. 6. de Rep.

Horum plerosque eruditissimis ad marginem notatio-
nibus illustrarat, veluti Polybium, Cæsaris commenta-
rios, libros vniuersos Ciceronis, de Officis præsertim, Plau-
ti comædias, Cornelium Celsum; aliosque non paucos, quos
ille veterum exemplarioram collatione meliores fecerat &
autiores, quos ni suppriment ij ad quos PINELLI biblio-
theca peruererit, animaduertent breui omnes, qui hæc no-
stra legent, non fecisse nos gigantem è pumilione. Com-
mentarium in Aristotelis Ethica elaborauerat præterea, in
gratiam ALOYSII ORICELLARII, præstantissimi adole-
scens, qui nunc Roma in conspectum dat quicquid è PI-
NELLI & AICARDI consuetudine sibi olim cōparauit.
Fastidiebat AICARDVS immanem copiam librorum, quos
IO H. VINCENTIVS coegerat, diicit abat que nolle sibi tot
libros, & alia eius generis donari, quæ possidentis ani-
mum raperent in diuersa: quæ profecto vera esse nemo ne-
gabit, nisi qui bibliothecam non modo in suum (ut fecit
PINELLVS) sed & in aliorum usum instruxerit. Qui e-
nim ostentationis gratia librorum strues affectant, ne illi
ridiculisunt, qui Musarum delicias, superuacanciam su-
pellectilem faciunt. Adde, congeriem tot autorum sine ul-
lo delectu, quorum plerisque mos est, recentioribus præfer-
tim, aut veterum scrinia compilare, aut meras nobis nu-
gas obtrudere, horum qui aceruos domi habet, quid miru-
si minimè sapiat? & sane vidit superior etas in librorum
inopia

Senec. lib. de
tranq. c. 9.

inopia viros magnos, quibus cura fuit antiquos auctiores,
probos videlicet atque eruditos, lectitare. Obiit AICAR-
DVS anno MDXCVII. IV. ID. AVG. festo martyris Lau-
rentij die, cum octo aut ad summum decem dies ager decus-
busset, laborassetque primum lateris doloribus, incidisset
deinde in malignam febriculam. Tertio postquam agro-
tare coepit die testamentum condere voluit, quod est IOH.
VINCENTII manuscriptum. In eo ut amicos viuens
dilexerat, & munusculis fuerat prosecutus, ita & amoris
in eisdem sui moriens extare optarat illustria monumenta;
quicquid enim ille Patauij habebat inter amicos; quicquid
domi, inter affines & fratres partiri constituerat, vir ami-
corum admiraculum amans. Testamentum nimirum spe-
culum morum frequenter est, in quo datur intueri, ante-
statior quos amauit serio amauerit nec ne? Detrahitur ibi
persona captantibus, & subdolis amoribus præteritionis
adsperrigitur labes. AICARDVM utinam omnes illi imi-
tarentur, qui amicos iustos & legitimos nati. Quid es-
tim pulchrius, quam grata pieque eos prosequi iudicio sus-
premo, quos individuos vita comites habuimus? quid tur-
pius quam eorum memoriam cum vita exitu interfici-
tam velle?

Quibus in testamento legavit quidpiam, & quidem
cum honorifica appellatione, fuerunt, IOH. VINCENTIVS
primum, cui libros suos sere omnes reliquit. Quanquam
ille (exceptis manuscriptis quibusdam, imprebisque non-

nullis ad marginem adnotatis) reliquis abstinuerit, ea
mente, ut pretium illorum AICARDI fratribus repre-
sentaret. Imo ut audiui, constituerat eiusdem sororibus
mortis causa donare IV. illa aureorum millia, quæ ad se ex
PAVLI morte redissent, ut haberent quod expeditius nu-
berent.

Post Ioh. VINCENTIVM, honorati ab AICARDO
inter ceteros CESAR NICHESOLA PATRIC. & CAN.
Veronensis, Latinè græceque peritus, tabularum, signo-
rum, numismatum, gemmarum amator si quis alius: mu-
nificentia adhuc, vitaque splendore insignis, & plerisque
e dynastarum ordine apprimè charus; & PTOLEMÆVS
OLIVETVS PATRIC. itidem CANONICVSQUE Vero-
nensis, quem suauissimi amici, Dominique elogio in testa-
mento prosecutus est, nec sane iniuria. Ut enim præterea-
mus nobilium scientiarum cognitionem, in quibus Mathe-
maticarum disciplinarum peritia excellit, vita sane can-
dor, & aurea morum integritas, AICARDVM adeò raptim
in amorem sui pellexerant, ut quod amplius adiiceret ni-
bil haberet. Me hic tertium nisi collocem, haud faciam
recte. Exigit enim id suo prope iure mutua inter nos be-
nevolentia, quæ corpora quatuor, totidemque animos, &
num corpus, unam animam effecerat. Quæ nos Patauij
studiorum morumque similitudo coniunxerat, eadem nos
alibi comitata est, quam semper honoratam, sacrosanctam
semper habuimus. Neque aliunde vindemiales illæ no-
stræ

stra feria, quas in agro tum Vicerino, tum Veronensi, et
 ad Benacum quandoque, cum amicis quotannis exigebam-
 mus. Hinc illa deliberatio, curaturos nos aliquando, ut
 pictor quispiam insignis, nos in tabula iconicos delinearet,
 apposito et videlicet emblemate aliquo, indice futuro apud
 posteros amicitiae nostra. At inuidit mors honestissime
 deliberationi, eripuitque nobis potiorem animae nostrae par-
 tem. Suppellectilis domesticique instrumenti quod super-
 erat AICARDVS distrahi suscit, et pecuniam que inde
 redigeretur familiaribus, PINELLI arbitratu, distribui
 pro salute anime sue. Fratres, sorores, affines elegantiſi-
 ma epistola consolatus est, biduo triduoque antequam mo-
 reretur. Me autem ille per amicitia iura obtestatus est,
 ut ad ehem sibi, et prestatem, ut sedulo feci, officia supre-
 ma. Nec vero quidquam eorum omissum que Christiana-
 num hominem decent, migrantem est vita hac ad meliorem
 et beatioriem. Ita ille obit intempestiu quidem si annos.
 quos vixit spectemus, et commoda nostra; at tempestiu
 satis si uberes sapientie prouentus, et innocentis vita
 rationes difficiamus. Quaris (inquit aureus Philosophus)
 quod sit amplissimum vita spacium? Usque ad sapientiam
 vivere. Qua sane cogitatio, illustribus ingenii ad sapien-
 tiā consequendam acre incitamentum sit necesse est. In
 hō enim bacchatur mors, que preclara quotidie ingenia
 suffuratur, ut innuat nimirum vitreas esse laudes no-
 bras, tunc demum cum splendeant frangi solere. AICAR-

Sen. epist. 93.

DI obitum nemo amicorum non deflexit, inter quos fuit
LAURENTIUS PIGNORIUS, qui dolorem suum, & PAU-
LI in se merita, ut poterat contestatus, in viri opti-
mi memoriam, qui sibi bonarum litterarum semitam di-
gito velut ostenderat, hac apposite cecinit:

Qualis honos pelagi vitreis emergit ab vndis
Gemma nitens, qua matris amor, qua gloria conchæ,
Tale decus tulerunt te orbisata improba nostro,
AICARDE: ah properè heu nimium decus addite cælo.

Hanc iacturam PINELLVS ægerriæ tulit, diuque nul-
la luctus leuamenta admisit, cum illum sibi ipse videret
erectum, quem (ut ille semper præ se tulus) habuerat in
omni vita fratrem verius quam familiarem, is me ali-
quando conantem lenire desiderium quod sui reliquerat
AICARDVS, ita est allocutus: Nunc demum ex PAULÆ
morte sentio quād nullus prope sim. Ille mihi studebat,
mihi laborabat: ego nihil (neque pœnitiebat sane) incon-
falto ipso audebam, amicos ille mihi parabat, paratos reti-
nebat, consilio si quid impeditum aderat expediebat. An
non hæc mihi, oro te, deflenda, egrotanti præsertim, seni,
peregrino, & quod caput est, mercenariorum familiarium
in iuriis exposito? Hac ille, vera sane, & citra ullam affen-
tationem. Postremis enim iis annis, quos æger PINELLVS
exegit, etate præsertim ingrauefcente, si qua inciderat lit-
teraria questio, si quis recens prodierat liber, in AICAR-
DI præclara diligentia totus conquescebat. Abstinuit
ille per aliquot dies ab ædium parte inferiore, ne conclavia
vide-

videtur, in quibus AICARDVS diem obierat, in qua etiam non nisi post annos aliquot ingressus est, ne recrudeceret *vulnus*, quod ex amici iactura ad intimas usque anima partes adactum senserat. Abiecerat utique omnem spem in posterum aliquem AICARDO parem reperiendi, nec opinione sua frustratus est; doctrina enim et probitas eius indicature, raro admodum inter se conueniunt, aeo praeferim nostro, quo rerum nomina speciosa, rebus ipsis alegatis, in pretio sunt. At non fecit AICARDI mors, ut ille deliciarum suarum obliuisceretur, litterarum inquam, et hominum qui illas amarent. Decreuerat enim domi habere LAVENTIVM PIGNOREVM, probe cognitum sibi ex AICARDI familiaritate, cuius ingenium ille praedicare solitus, bonarum artium cupidum supra conditionem, cuiusque lucubrationibus ipse PINELVS multum tribuere visus. Huius non irritum conatum in exponenda vetustissima tabula area, que fuit PETRI olim BEMBI CARD. summopere eruditii laudant. Intatulum sane aliis opus, et quod non modo cui nostri hominem, sed et posteriorum prausum mereatur. Dabit is alia propediem, antiquitati, cuius ille supra modum studiosus est, non obscuram facem prelatura: ab illo ego non minimum adiutus in his consarcinandis, ut qui PINELLVM obseruare, et conuenire terque quaterque quotidie solitus, eo cum fructu, ut PINELLI in re litteraria curas acerrimas nemo illo hodie melius norit. Domo raro egre-

diebatur postquam AICARDVS vita functus est. Festis tantummodo diebus ad templa diuorum ANTONII IVSTINÆ, ut sacris matutinis interesset, ceteroqui intra domesticos se parietes continere solitus. Extra urbem nemini visus, nisi cum processit (ut diximus) ad pestilenciam declinandam, & cum Neapolim ad inuigandos affines. Amicis vero ut secederet instantibus, equum obsecabat, rhedam, lecticam, ipsam adeo cymbam incommodam sibi. Frater ipse, quem non perfunctorie amabat, nunquam ab eo impetrare potuit, ut iterum Neapolim profici sceretur, incassum precatus incassum obtestatus. IVLIVS frater, COSMVS & CÆSAR fratrum filij, non semel Patauium profecti, ut ipsum abducerent, irritis corratis recessere. Hic ille iam diu sibi & Musis viuere decreuerat, ubi litterarum bonarum amorem hauserat, ubi doctrinarum suauissimos fractus degustarat. Nihil sibi posthac negotij cum patriæ ab hoc otio auocamentis fare tunc aperte denūciarat, cum tot Neapoli turbarum pœnas, sape sapientius inclamaret, ô Patauium, ô Patauium, quandiu abero abste?

At que causæ cur unam urbem omni orbi terrarum prætulerit? Patauium (ut nobilissima verbi quod bene de nobis merita est, rependamus) litterarum cupientes præceteris omnibus, amœnitatis & otij philtro allicit mirum in modum. Insigniores duas, mea quidem sententia, in terram Italiam colonias Troiani deduxerunt, Romam, ex Pata-

Patauium, aduenarum ambas frequentia celebres, disti-
milit tamen & prope diuersaratione. Illa enim laboriosis
hominibus, honorum dinitiarumque cupidis, hac oriosis
doctrinarum amatoribus patet, quos

Pax secura iuuat, felicis & otia vita,
Ec nunquam turbata quies, somniique peracti.

Statius lib. 3.
Sylu. ad Clau-
diam exorcem.

Nullibienim (Europam ut libet peruagare) Academiam
reperias, in qua Musarum altrix quies litteratos aequa ad-
se inuitet. Hic nemo est, qui aduenarum vitam curiosus
explorebat, hic seu genio indulgere quis velut, seu ipsum de-
fraudare, nemo erit qui impensetur. Animaduerterat
becc PINELLVS, narrabatque Patauij omnes, peregrinos
quantumuis, perinde viuere ac si in patria essent; Germa-
nus enim, Gallos, Polonos, eandem vita victusque ra-
tionem asseruare, cui domi assueuerant, quod nullibi vi-
deas. Aduenis enim alibi usitatum transfire in mores
incolarum, & patrios auersari. Bononia namque, ne longe
abeamus, Germani, Galli, Hispani, Italicissant omni-
mo, conformantque se se ad ciuium consuetudinem; at Pa-
tavij nihil tale. Cuius ea possunt efferationes: vel quod Ve-
netorum moribus, honesta huic ad placitum viuendi licen-
tie Patauii assueuerint, ideoque nihil ad se pertinere pu-
rent, quo quis corporis cultu viciatur, quid agat, quid me-
ditetur; vel quod hic aduenarum frequentia non nisi e-
quis conditionibus se in ciuitatem, ut ita dicam recipi passa-
tur. Huc ergo peregrini se lubentes tamquam in portum

teci-

recipiunt, quo^rquot litterariorum otium amant, quā sibi lucubrationibus, quā aliis publicè interpretandi munere cōsulturi. Clementia præter hac aëris adueniis omnibus, sub alio quantumlibet cælo natus, domestica & familiaris, nou minima in causa est, cur qui hic aliquandiu vixerint, honoribus quamvis & dignitatibus in patria & alibi aucti, ad Patavinam tamen libertatem quoties meminerint suspirent. Neque hac non vsus PINELLVS, in cuius virtute vestitu elegantiam quidem & splendorem, sed non ultra priuatum modum notasset. Vestibus ille sericis in perpetuum abstinuit, laneis vsus, sed optimis & præstantissimis, luxum & fastum quacunqueratione declinans,

Cicero lib.1.de orat. Socratis imitator, cui Sicyonij calcei habiles quidem aptiq; ad pedes visi, at sibi non conuenientes omnino. Domum qua parte se in conspectum interiore dabant, instruxerat ornaratque Geographicis grandioribus tabulis, iconibusque illustrium virorum. Anno enim M D LXXXII. cum NICOLAVS PRIMVS Patricius Epidaurius Patavij diem obisset, PINELLO amicorum principi tum legavit non paucas clarorum imagines, quas domi habebat. Arripuit studium hic noster, grandiq; accessione bibliothecam, conclavia, atrium, eiusmodi ornatu honestauit. Ut enim plerisque moris fuit libros illi suos inscribere, aliusne inscriptos clargiri, ita non desuerunt, qui imaginem suam bibliotheca eius dicatam vellent. CAROLVS CLVSIVS bac ad ipsum; Meis litteris significabam, me Francisco Raphelen glo meæ plantarum historiæ exemplar maiore & uitidiore charta expre-

expressum tradidisse Francofurtum, ut inde ad illustrem vestram dominationem alegaretur. Et M A T T I A S L O B E L L I I effigiem mittere etiam volui, quam existim⁹ Ill. V. D. non fore ingratam. *Multi autem, qui imaginem suam haud paſſe euulgari, PINELLI studio perſpecto, à proposito facile declinarunt, inter hos I O S E P H V S S C A L I G E R, qui effigies patris & suā his verbis comitatus;* Effigiem meam tibi mitto, nobilissime PINELLE, magis quia ita viſum est, cui nihil negare debo, quam quodd libenter id faciam, paucis enim id concessu, &, si qui impertrarunt, ab inuitō expreſſerunt. Quandoquidem igitur nefas mihi denegare, quod tuo iure à me exigere potes, age fiat, & habeat illa locum in angulo quodam, ubi non obruatur ſplendore illarum Herolcarum imaginum, quibus totum Muſeum tuum ut audio collucet. *Ad patris imaginem hac;* addidifsem illi comitē imaginem patris, si naclus eſtem qui cera bene fingere posset qualem protomen habeo, os ſenis elegantissimè referentem: Si erit copia eiusmodi artificis dabo operam ut habere possis. *Quæ fere omnia etiam Gallicè ſcripsit ille ad N. Episcopum Vale-* ntinum nobilem Gallum, qui PINELLO amicissimus, quibus reforendis ſuperſedmus, ταῦτολγγίαν vi-taturi.

Hasce imagines elegantissimis carminibus exornauit HIERONYMVS ALEANDER junior, qui domesticum & familiare ornamentum, HIERONYMVM C A R D. illum magnum, ab incunte usque adolescentia emulatus, Muſarumque delicias AMALTHÆOS, auunculos ſuos, doctos viros, & in hiſ PINELLVM cum Patauij ſtudiorum cauſa degeret, officijsime coluſt:

*Quæ p ræclarā tuos ornant ſimulacra penates,
Heroum PINELLE decus, virtutis alumne,*

Quam mire pascunt animos, ac lumina fallunt,
 Dum tacitis spirant verbosa silentia labris,
 Immotosque oculis voluunt radiantibus orbes?
 Magnanimi hic Reges, auro gemmisq; coruscant
 Ostentant frontem, quam maiestate verendam
 Mirantur, pictaq; omnes sub imagine honorant.
 Illic sanguinei visuntur fulmina belli
 Heroes, quos nunc etiam spirare furorem,
 Et rigidum vultu iures accedere Martem,
 Parte alia Tyrio decorat fucata veneno
 Purpura longueos pulchro velamine patres,
 Queis pia religio mundi commisit habenas,
 Candidaque in nitido se carbasus implicat ostro.
 Nec minus intentos rara ad spectacula formae
 Alliciunt matronæ oculos, radiisque micantes
 Haud vanas pictæ flamas iaculantur amoris.
 Vos quoque, quos vigili studio, multoq; labore,
 Mercurius Pallasque suas duxere per artes,
 Conspicuis tabulis spatiofa hæc atria seruant:
 Viuida pallenti fulget sapientia vultu,
 Himentes animosque trahunt, oculosq; morantur.
 Sed velut ætherei qui gemmea gaudet Olympi
 Mœnia scrutari, & diuūm percurrere sedes,
 Frigida Hyperborei miratur plaustra Bootæ,
 Nimbosasq; Hyadas, claramq; Lycaonis vrfam,
 Et Lunam, & serè qui noctis nuncijs, idem
 Lucifer auroram rutilanti prouocat ore,
 Cunetaq; per tacitum labentia sydera mundum,
 Nil tamen ille magis, quam Solis suspicit ignes,
 Hunc lucis fontem dicit, rerumque parentem,
 Sic variis quicunque animata coloribus ora
 Circum aulam aspiciunt, in te vnum lumina figunt
 Te te admirantur solum, te cernere gaudent,
 Nec mentes oculosque queunt saturare tuendo,
 Semideum PINELLE genus; tu maximus ille es
 Vnus, qui reliquos claris virtutibus anteis,
 Nectare quem Diuum pauit Tritonia virgo,

Cæle-

Cælestesq; dedit de promete pectori sensus;
Ac solēm veluti toto splendescere mundo.

Habitu corporis IOH. VINCENTIVS gracili fuit, statura grandiori, colore candido, valetudine non nimis firma. Coquinæ cupedias iamdiu aspernatus: munditia-
rum tamen, optimorumque eduliorum appetens. Vini eius-
que diluti ita parcus, ut toto anno Patauini dolij qua-
drantem circiter absumeret. Aqua utebatur hausta e
Medoaco flumino, quam uti Roræ fit de Tiberina, ficti-
bus vasibus asseruabat, percolandam donec limus subside-
ret. Vino capiebatur albo magis quam rubro, leni, non
tamen dulci, generoso, austeroque petillens cupiebat, ex-
squisitæ lectis in solo aprico, & optima nota: circa panem e
ceterum victimæ eadem diligentia fuit, quam explicare
pulchrum profecto esset, utileque iis qui valetudine im-
becilla ad studia doctrinarum minus valentes accedunt.
Hæc mihi probe nota, qui permultos annos VICETIAE in-
patria moratus, PINELLO vina, obsoniorumque pre-
stantissimorum apparatum quotannis curabam. Nec dif-
ficile sane, cum ubertas agri nostratis non Italis modo, sed
& exteris probè cognita sit. Oculorum illi acies obtusior
fuit, tum quia dextrum oculum tormentario pulucre pen-
lusam cum fratre puer offenderat; tum quia ex visus im-
becillitate frequentes floccos sibi ante oculos concursare
conquerebatur. Qua de causa cubicula viridibus au-
leis exornabat, prasinisque adhibitis e. utra orbiculis.

reficiebat visum. Hepate adhac vtebatur inique calido,
vnde illi facies plerunque rubicunda. At quo minus cor-
poris oculus valebat, eo magis animo viguit, in opera pre-
fertim amicis prestanda, quos opibus & consilio supra co-
Cicer. Tuscul. rum votum enixa iuuabat; C. Druso nobili illi I. C.^o per-
quisit. lib. 5. similis, qui cæcus optime videntibus dux in consulendo ad-
hibebatur.

A PINELLO ego non pauca didici, quorum selectiora
quedam supprimere, & aliis inuidere turpis animi sit.
Quamvis plane videam, eius generis plurima & supe-
rius relata, & inferius esse referenda. Monebat ille cum
obstinatis & refractariis hominibus ea ratione agendum,
vt si namus illos errare quandoque, mitius asturos in po-
sterum, neque sue omnino sententiae confisuros. Moni-
tum comprobabat auctoritate NICOLAI de PONTE,
quem nostra etas Ducebat Reip. Venetæ tanto oneri parem
vidit. Is cum in nescioqua legatione collegam haberet in-
genij quam par esset feruentioris, dictitabat, permittamus
eum impingere, vt & nostro consilio uti discat aliquando.
Quod sane & de Q. Fabio Max. legimus, qui Magistrum
equitum Minutium huiusmodi natus, elati animi, & plu-
rimum sibi confidentem, eodem consilio habuit in posterum
morigerum, & obsequentem. Narrabat PINELLVS se ex
DONATO TANNOCTIO, viro magni suo aucto in Italia
nominis, didicisse, decadendum de via, declinandumque
cantis per, cum equos aliasue e genere bestiarum que paupe-
riem

riem facere possint, sicures quantumlibet, obuias habemus; hac enim cautione tota vix anno mille passus confici, propulsarique ingentia pericula, quae tum demum cum nobis acciderint, magno velimus redempta. Belluas ille ut caueremus monebat, quibus addimus nos efferos homines immanesque, à quorum consuetudine eò magis nobis impendet periculum, quo minus hominum munera quæ sunt, modestiam, æquitatem, morum facilitatem amant. Admonere præterea consueverat eos qui ad longum iter se accingerent, ut ne dies certos ad prescriptum itineris destinarent, neue pecuniam parcè conficerent; accidere enim nobis repentina pleraque, & inopinata, quæ domini initas rationes non impedian modò, sed & plane cuerant. Prudentiam non versutiam magnificiebat; ingenui animi ratus ea dicere quæ sentias non plani in morem elabi passim, dataque opera ita loqui, ut sententia contra naturæ institutum, sermone tegatur magis quam aperiatur. Candidas enim (ut in proverbio est) & apertas esse Musarum ianuas, neque homines quidem appellandos eos, qui uno eodemque fundunt ore calidum & frigidum. Eleganter sane L. Annaus Seneca pronuncianuit; Si certè viuendum est, Senec. ep. 8.

tanquam in conspectu viuamus, sic cogitandum, tanquam aliquis in pedus intimum inspicere possit, & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, & cogitationibus nostris interuenit. Namque qui bonum virtutum profiteatur, cordis sensa, cum opus sit in proposito habere, tanquam si is, qui cum loquitur, cogitationis intima ocularū acie latrospiceret, meminissetq; eiusdem dicti, neminem posse

K ; perso-

Idem cap. i. de personam fictam diu fêtre, ficta in naturam suam cito recidere-
lement.

*Cognatum vafricie mendacium, vix dici potest quantum
odisset. Seruulis ingenij, parum certe liberalis esse dictitabat
mentiri subinde, & veritatem pulcherrimam virginem,
cuius nitor & forma respuant omnem cultum, fuco
& lenociniis mendaciorum interpolare. Vidi ego non se-
mel, dimissos ab eo parū honestam missionē familiares, quod
buius vitij labeculis ad sp̄sos agnouisset. Ab illis ipse non
alia de causa (se quando quidpiam interrogasset) exigebat
ingenuam responsonem, EST & NON, ablegatis omnino
verbis quibus se opinari proflerentur. Huiusmodi ho-
mines affirmabat, quibus assuerare aliquid religio sit,
non nomine Stoicorum, sed stolidorum appellandos, ut qui
vix unquam compotes sui, diffidere sibi plerunque, &
inanibus concuti soleant terriculamentis, quibus de mentis
statu, si quem habent, deiecti, in opinionum salo perpetuo
estuiastantur. Non nimis equus illis erat, quorum sum-
ptus censum superarent, optimā sententia memor, sublum
esse id sequi, quod assequi non posis. Priuatos ideo homi-
nes, nec multarum fane opum, aegreferebat in conquirendis
veteribus nummis, gemmis, tabulis, signis patrimonio
prodigere: studium hoc beatissimum & luxu affluentibus
conuenire, apud quos multa eius generis reperias, que
singula tenuioris fortunæ hominum multas congeries ob-
ruere specie & pretio possint. Quod ad tabulas attinet, his
consulebat qui pinacothecas supra vires instruerent, ut*

exem-

exemplari quopiam contenti essent, quod Bonareti, Raphaelis Verbinatis, Titianus proppon bona fide referret. Praetare enim veteres illos pictores recetioribus, quos graphicos non ita studiosos, vividorum colorum lenocinio vulgi plausus captare stomachabatur. In familiaribus amicorum colloquis, sermonis varietatem amabat, docendi percupidus et defendi; ut enim agros multiplici conscrimus semine, ita ingenia, qua Clemens Alexandrinus agros animatos appellat, non usdem semper meditationibus excolenda.

In Pedag. li. 2.
cap. 10.

Sermones veterum auctorum dictis, plerumque Graecorum, distinguebat, condiebatque nonnunquam dictoris iocisse, quos vel vetustas, vel illustrium virorum recens auctoritas commendaret. Horum omnium copiam adeo suppellectilem sibi comparauerat, ut nemo unquam ab eius congressu discesserit nisi doctior. Ipse vivis colloquentes in omnem partem versare, ut erueret quod sibi habetenus minimè cognitum in promptuarium seponeret. Qua ratione aliquem nullius pretij hominem cum vellet designare, dicebat ab eius colloquio diuertisse se inanem semper et vacuum. Si quid noui Patauij accidisset, rei seriem amabat ab omnibus quotquot eum inuiserant, cognoscere, quasi tum primum inaudisset. Affiebatur enim varietate illa narrationis, quam ipse callidus verborum estimator, in sermonis auctore, cui amoris odie causæ adessent, deprehendebat. Neque hoc sine fructu, erue-

eruebat namque latitatem sēpē numero veritatem, euen-
 tusque causas acū (ut in proverbio est) solerti ratiocina-
 tionē tangebat. Eodem consilīo rumorum, si qui percre-
 buissent, auctores inuestigare consueverat, quod hac ratio-
 ne disquirere se posse consideret, verine an falsi quidpiam
 continerent. A leuibus enim hominibus vix alios quām
 īnanes sermones prodire. Cuiusmodi nescio quem narrabat
 Roma olim tabellarij aduentum, veluti magnum quid-
 piām, in aurem insuffrassē GABRIELI SILVAGO Patric.
 Genuensi contubernali olim suo, leporum ac facetiarum,
 perinde ac bonarum litterarum studioſo. Ridebat suauif-
 simē, si quando in aliquos Regum moleſtos amatores inci-
 derat, quos neque officij, neque ſpeī beneficiorumūe acce-
 ptorum ratio, ſed inconfultus quidam genius permouueret.
 Horum è re dicebat fore, si aulas eorum quibus infame-
 bant inuiferent, multa ibi conſpecturos, que amorem abi-
 gant, odia prouocent non pauca. Filiorum nonnullos ebur-
 neis auricisq̄ue ſimulacris perſimiles, extera illa Imperij,
 felicitatisq̄ue ſpecie, latere intus non ut in illis aſſeres,
 clausos, arancorum telas, ſed animi vitia plerumque vix
 nulliferenda. Horum conſuetudine ſi quis vtatur, anim-
 aduerſurum breui, quam pernicioſa ſit; ignis enim in mo-
 rem illuminare que remota ſunt, que admota, comburere.
 Et haec p̄cepta PINELLVS ita animo infixerat, ut quam-
 uis domi quotidie audiret magnorum regum acta, non
 ideo tamen viſus fuerit unquam gratiae odiuē cauſa in-
 ceſſe.

inceffere quempiam, aut de equitatis semita declinare. Quod illi in uniuersa vita apprime placuit, ut se amicis omnibus prestatet eundem semper; ad diaφoresias frequenter & cum primis commendans, & neutrā in partem moueri. IOH. VINCENTII sapientiam una certe, quando alia non suppeterent, constantie laus commendaret, ut qui in proposito susceptoque consilio permanerit semper. Patavij ille habitare constituit, huic deliberationi incassum admote preces affinium; & amicorum: domum conductit, utitur ea per triginta & amplius annos, migratus nunquam, si per dominam licuisset; familiarium quidam ad triginta annos, quidam ad extreūm vi-
 tæ spiritum eodem domino usi; Viuendi denique rationem, quam sibi ab ineunte adolescentia prescripserat, remisit nunquam. Que faciunt, ut dogma hoc precipuum Sto-
 cae sectæ paucis complestar, illustraturū que diximus cum magna PINELLI laude. Conſans hoc ille vita insti-
 tutum ὄμολογίαν vocabat, quam Cicero conuenientia appellat; conuenientem nimirum per virtutem conſen-
 tientemque vitam, cuius origo à diuinarum humana-
 rumque rerum scientia sit. Hoc fundamento nititur vera sapientis felicitas, cum sapientia nihil aliud sit, Seneca de- Epist. 20.
 finiente, quam semper idem velle & idem nolle, à quibus rectum abesse nullo modo posse; non enim potest cuiquam semper idem placere, nisi rectum (liceat mihi interferere orationi meæ mundum orationis alienæ) si vis eadem sem-

L per

per velle, vera oportet velis. Quia ratione impulsus ne-
scio quis, aiebat sapientem καθ' ανάλογον τὸ σύμφωνον
Γην. Recte sanè. Nisi enim sapienti, sua non placent: omnis
stultitia laborat fastidio sui. Nec aliunde quam à con-
stantia compositus ille perpetuo, mitisque sapientis ani-
mus, quem à vulgi turbis secretum, proprieτate mansure
semper opes beant. Ex quibus non magno negocio elicia-
mus nos, non nisi sapientem esse cum qui vitam ad certam
constantiae normam dirigere velit, neque se de hoc statu
mentis dimoueri patiatur. Animum enim insipientis quo
fluctuationes agitent, nemo non videt. Hanc nihil certi,
nihil explorati; vivere in diem, et quouis vitiorum astu
abripi affuet. Hac qui in PINELLO non laudat, ne ille
aut inuidum se, aut tenebrionem profiteatur neceſſe est.

Corn. Nep. in
vita Pompon.
Attici.

Expressit enim hic nostro aeo T. P O M P O N I V M
A T T I C U M, nobilem equitem Romanum, cuius ea prae-
puè laus litterarum monumentis commendata, quod in
summa Principum virorum gratia, summa etiam mode-
ratione usus sit, quodque pari fastigio steterit in utraque
fortuna. In constanti hoc vite instituto nihil in moribus
non aptum aut inter se conueniens obseruasses. Mode-
stiam enim, ut in Boteri carminibus habetur, iam ^{cum} tum à
puero IOH. V INCENTIVS sebi desponderat, cuius in hac
nostra narratione non obscura frequenter indicia prodi-
rint, noluitamen inditam preterire; ut detur nimis rur
intelligi, quam prudenti pocillatore usus, labra admittan-
tes

rit calici voluptatis. Nemo in ipso unquam inconsultam fama sitim deprehendit; adeo parcus patrie, gen-
tis, affinium laudator fuit. Actiones suas, aut cleuare,
aut obtegere silentio; dicta etiam si quando præclara, ut
non semel excidissent, adscribere alius solitus. Quaratio-
ne ambitionem tragædorum, Erynnium procul à moribus
suis amandarat, cum assurget, caput aperiret, decederet
de via, non religiosis modò viris quotquot obuios habebat,
sed eis qui perfuncti ullis honoribus, Patricius Vene-
tus, Gymnasi interpretibus, aliusque non paucis, quorum
plerisque nobilitate, opibus, doctrina maxime prestabat.
Cum plures illum obsoleta nostris penè moribus Illustissimi
appellatione, multis tamen illi capitibus conuenienti, com-
pellarent, abstinuit tamen pertinacissimè ab ea, et ne
posthac ita vocaretur, ab amicis deprecatus est; corri-
puit etiam reprobavitque amicis verbis eos, qui ipsum ho-
noris gratia Excellentem, seu Excellentissimum nomina-
rent, ex pretextu, quod hac non sibi, sed magnis in re litté-
raria viris deberentur, vixque possent ad se traduci, qui
adolescens relatus in albū scholasticorum, vita institutum,
cum semel assuevit, deseruit nunquam. At despectu haberi se,
redigere in ordinem, non cerebat; utique iniurios in fami-
liares suos, quorum estimationem perinde tutabatur ac
suam. Appellari se in aliqua scriptione minus honorifice,
quam decebat, enixe prohibuit. Exemplo sit PHILIPPVS
PLEGAFECTA ciuis meus, nobilis ille polytropia eis vario-
serum usu, qui non ita pridem in patria obiut. Hic in com-

De Sestera

mentario de *Sestertiis*, quem Rome ediderat, PINELLVM nostrae etatis summum Criticum appellauit, ea mente, ut penes coryphaeum amicorum (eo enim loco IOH. VINCENTIVM habuit) rei litterariae arbitrium esse pronunciaret. At non huic ita visum, cum induci nomen suum, vel in aliud commutari epitheton illud postularit. Ægerrime tulit habitam mentionem suam à nullius precijscriptoribus, obsolefieri hac ratione arbitratus nomen suum, cuius cura magno cuique præcipua. At vero non ita penitus hominem exuerat, ut à laudatis viris amicisque profetas laudes aspernaretur; que si verae sunt (referebat Picus) nos ipsoſ nobis, ſi falſae, illorum nobis amorem voluntatemque commendant. Ut Romam non migraret, oſtendimus iam quibus artibus fratrum cognatorumque petitiones eluerit: cui tamen proposito, præclaro licet minimeque populari, non defuturos obtrectatores compertum habeo; amasse illum, videlicet otiosam & deſidem vitam, quam cum laboriosa illa commutatam noluiffe, quod ad eximios honores patere ſibi viam utique desperasset. At valeant hi cum ſomniis ſuis, definiantque tum demum virtuti maledicere, cum legerint, que ego mox retulero, non ſine admiratione. Ad CLEMENTEM VIII. PONT. MAX. recens declaratum, cum DOMINICVS PINELLVS CARD. venifſet gratulandi cauſa, que ſuit ille de IOH. VINCENTIO, num valeret, atque ubinam moraretur: cumque Cardinalis Patauij degere etiamnum respondiſſet.

set; hortatus illum est Pontifex, ut suo ipsi nomine salutem diceret, Romamque inuitaret, eius sibi aduentum iucundum omnino futurum. Nouerat illum Patauij CLEMENS, ut diximus, eis viri moribus doctrinaque valde permotus, apud se iam ante constituerat Romanum illum Patauium aduocare, in verbis eis Pontificatus sui ornamentum. Cardinalis cum IOH. VINCENTIO nulla interposita mora accurate egit, ut CLEMENTIS desiderio satisfactum vellet, patereturque se in lucem eis conspectum hominum ab ocio litterario, cui pridem assueuerat, cum nominis gloria e gentilium commodo auocari: non defuturos in urbe viros eiusdem ordinis, quibus eadem studia cordi sint, apud quos esse, quorum congregibus perfrui posset. Hac eis alia, que Cardinalis ad hominem excitandum studiosè collegarat, IOH. VINCENTIVM minime exorauerunt ut Patauium desereret. Quinimò ad Cardinalem rescripsit epistolam modestie plenam, in qua enixè petebat, ut ageret suis verbis optimo Pontifici gratias ingentes: non licere sibi etate confessio, imbecillæ adhac valetudinis, morem gerere Sanctitati sue; tanti beneficij oneri imparem esse: gratias quas referre non possit pro dignitate, animo habere, curaturumque ne vñquam è memoria dilaberentur. Inuoluit silentio hac omnia eo studio PINELVS, ut etiam fratri, ad quem singulis hebdomadibus litteras dabant, cœlata esse voluerit: effectusque voti compos effectus, nisi frater de tota refactus fuisset à Cardinali certior, ut mihi ipse

Neapoli aliquando confessus est, cum haud modice remisſe
adeò animi moderationem, quà admiraretur quà com-
mendaret. Capue Archiepiscopatum (ut audio.) eodem
ardore quo non pauci appeterent, reiecit; neque se nobi-
lissimæ urbis præstantia, amplissimi Sacerdotij prouen-
tibus, affinium precibus, de proposito dimoueri passus
est; ut qui optimè noſſet, in quas arumnas incident iij
qui ſe muneribus Ecclesiasticis incogitantes ergoſi ſe-
munt: obeundas ipſis moleſtias complures, niſi officij
ſui eſſe deſertores turpiter malint. Quaſanè GASPAREM
CONTARENVM nobilis. Cardin. impulerunt ut diceret,
amplissima. Sacerdotia plus in ſe oneris quam ſplendoris ha-
bere, quoque maiora illa forent, eò moleſtia plus ſollicitudi-
nisque continere. PINELLO ſane in patria & alibi, fa-
tis ampla patuifſet quorūq; honorum via, modo ipſa
non noluiſſet; at maluit ille, ut predicauerat de adolescen-

Epiſt. 16. lib. 7. te PAVLVS MANVTIVS, ab omni honorum cupiditate fo-
la virtute contentus, longiſimè diſtare. Recepiffent eum
Patavini lubentes in ciuitatem, magno ſplendori publicæ
illorum rei futurum. At is Scholastici nomen ne diſmitte-
ret, quod arripuerat ſemel, conſtantissime recuſauit. Or-
tus Neapoli & educatus, Neapolitanum dici ſe non fere-
bat; non quod affines, quos Neapoli ſplendore opibisque
præstantes habebat, non amaret; ſed quod Genuam pa-
triam agnosceret, in qua à ſexcentis iam annis gentilitij
decoris primordia, & libertatem in oculis ferret: pulchritu-
ratus

ratus eius ciuitatis primariū esse ciuem, que propriis consiliis, non alienis nutibus, autum imperium tutaretur: hanc patriam vocabat, huic se desiderio teneri asserebat, dolebatque quod eò nunquam accessisset, ubi omnibus charus, amicorum & affinum copias recenseret. Ostentationem quæ saperent repudiauit semper; ideoque neque se unquam ad fastigium studiorum, quod vocant Docto- ratum, emeritum licet, promoueri passus est: quam deli- berationem egregie tutatus est in omni vita. Et cum Pa- taniij complures clarorum virorum cætus cogerentur, quos Academias appellamus, Eleuatorum, Occultorum, Aethe- flicet patris frā- reorum & aliorum, nulli unquam nomen dedit; amplissi- fa. jij. appellati. - S. mie viris Basilio, Gregorioque Nazianzeno in hoc non Nazianzenio. impar, qui ab ambitione & theatrali quadam ostenta- ratio in laud. Magni. Basilij. tione procul abhorruerunt.

Morum integratatem adeo adamauit, ut cum adolescens Patauij domum conduxisset è regione eadium clariſſime tunc temporis fœmineæ Constantie Fulgosie, ad quas animi causa horis subseciuis ventitabant, quotquot Patauij tunc ingenij laude florabant, nunquam tamen eō diuerterit PINELLVS, pudori suo labeculam quampiam adspergi posseratus, si de instituto genere uitæ aliquantulum remisisset. Quod sibi propositum ne excederet unquam, utreas fenestras, per quas in lectissimæ matrone, eiusque pulcherrimarum comitum cubicula introspecta- res, pessulo obfirmatas perpetuò voluit, quod (ut arebat) existi-

existimaret, nolle illas spectari se, molestaque laturas si quis earum acta parum tempestiuè exploraret. Interdixerat sibi conuiuiorum, & chorearum præstid, celebritatem, quod iis mulierum virorumque parum sanis conuentibus auocari se à studiis extimesceret, eorum exempla animo voluens, qui harum illecebrarum turbine in voluptatum scopulos acti, existimationis naufragium fecerunt. Magis animo vir clarissime, qui adolescentibus nostris Canona expressisti, ut ad tui conspectrem voluptates blandissimas dominas procul haberent, modo glorie culmen attin gere aliquando exoptarent. At quoniam hunc nostrum sape sepius curiosum appellauimus, non diximus ea mente, ut alienorum exploratorem vitiorum notaremus, cui fuerit curæ alienum dedecus ob oculos ponere, inquirenti videlicet in dicta omnium & facta; longè alii illum moribus imbuerat natura, ne per annos quidem xx. & amplius scientem quales in vicinia essent ij inter quos vix unus domesticus paries interiectus. Ea nobis voce propositum fuit nobilem animi propensionem exprimere, quam ille ad omnes investiganda veritatis rationes acerrimam conferbat, aliarum omnino rerum, quarum hic non tenderet cognitio, negligens & incuriosus. Hinc siebat ut spectaculorum minimè amans esset, irridiceretque eos, qui pompas, fabulas, saltationes, bastiludia spectaturi irent. Cumque Vicetia anno CIC. IC. LXXXV. Academia ut vocant Olympicorum, regio prope apparatu, Sophoclis Oedipus tyran-

tyrannum, Italicè redditum ab Ursato Iustiniano Patric.
 Veneto, agendum decreuerat, confluenterque eo turmatim
 è vicinis urbibus docti passim & indocti, substitit tamen
 ille domi, precesque meas & amicorum quotquot adera-
 mus auerfatus est, sibi suffecturam confessus. AICARDI in
 eo genere diligentia, quem nolenti similis, permisit tamen
 fabula nobiscum interesse. Ferrariam itidem cum Ponti-
 sex Maximus Clemens VIII. aduentaret, ut eam urbem
 ditioni Ecclesiasticae suis auspiciis incruento bello restitu-
 tam inuiseret, nuptiisque Hispaniarum Regina, Flan-
 drieque Comitum, dictus ibi esset dies, cuius, & Pontificie
 gratia, Ferrarie cœnirent Italorum procerum flos. Car-
 dinales, Regum Dynastiarumq; exterorum legati, & tota
 penè Italia auulsa sedibus suis, unus PINELLVS prætulit
 nobilissimo conuentui quietem Patavinam, & audire ma-
 luit quam inuisere, quid actitatum esset in frequenti illa
 procerum virorum celebritate. Non illum Pontificis
 Maximi minime obscura erga se benevolentia, non purpu-
 ratorum patrum amor, quorum plerosque officiis sibi &
 studiorum similitudine deuinxerat, non affinium charis-
 tae, quorum haud pauci inter Principes viros illius con-
 ventus numerabantur, flexerunt ut pedem porta effer-
 ret, coniceret ut se in turbas illas, e quibus non nisi post in-
 signem bonarum horarum iacturam regredi liceret. Vene-
 tias, proximo & commodo traictu, ut appelleret, specta-
 tum Regum seu Ducum aduentum, statumque ac salem-

nem inaugurationis Serenissime Principis MAVROCE-
 NÆ GRIMANÆ diem, nunquam adduci potuit, maluitq;
 solus Patauij esse (discerant enim ciues pene omnes) quæ
 vulgi se conuersationibus incepit immiscere: memor di-
 cti Senecæ; vitato quæcumque vulgo placent. Patauij, u-
 bi degebat, ubi habitabat, si quid incidisset eiusmodi
 spectaculorum, quæ curiosos allicerent, perstitit ille in pro-
 posito nihilominus, neglexitque eò aducere oculos, unde
 animus doctior redire non posset. Quo in genere eximium
 illud fuit, quod narraturi sumus, documento futurum iis
 omnibus, qui sapientia laude censeri volunt, ne temere
 credant, meminerintque esse germanas sorores, unoqua
 partu editas, credulitatem & paenitentiam. MARCVM
 BRAGADENVM, Cyprium chymistam illum, Patatio Ve-
 netias traiicientem, nemo non accurrerat ut defacie no-
 sceret. Nec deerant qui se beatos arbitrarentur, quod Pa-
 Etolum Hermumis aureas & volentes undas cernere da-
 retur, atque adeo contrectare: continuuit se domi subridens
 PINELLVS, narrauitque mihi, qui cum tunc forte conuene-
 ram, chymistarum insigniora quedam tum dictatum fa-
 eta, quibus me sub vesperam usque lubentissimum deti-
 nunt. Sentiebat numirum vir magnus cum maximo ora-
 tore, quem legerat ita scribentem: Me autem quid pudeat
 qui tot annos ita viuo, vix studiis nullo me unquam temporare aut
 commodum aut ocium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit,
 aut denique somnus retardarit. Quare quis tandem me reprehendat,
 aut quis mihi iure successerit, si, quancum ceteris ad suas res
 obeyendas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum

ad

Epist. 2.

Etc. in orat.
pro Archia.

ad voluptates, & ad ipsam quietem animi & corporis conceditur temporis, quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuiis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad hæc studia recoienda sum plescio. Liberalitas etiam, que magna in viro nobili laus, in PINELLO non minimum enituit, cum vel beneficia minima rependeret maximis, vel dignos conquerireret studiosè, in quos aliquid conferret. Modum tamen rationemque ad amissim adhibuit, ut ne videtur agere prepostorum quidpiam. Caut enim sane quam accurate, ut bonostantum sibi obstringeret, ut beneficia tempestiue collocaret in eos qui officium agnoscerent, quoque res muneri data oblectaret: patebit hoc ex iis que hic exscribemus, in quibus animaduertemus profecto, si non immanes profusiones, at conuenientiam saltem, qua munera non vilescerent. In me ille olim audiuerat ab Episcopo Vicetino collatum honorem Canonicatus, cum munere adiuncto Theologica schola; disquisiuit statim, quid eius mihi tractationis præceptum esset, cumque Genesim cōperisset sacrorum voluminum caput, de industria selectum, caratione, quod mibi primum in Ecclesia Vicetina, & in patria id muneri demandatum esset, instruxit is me, nihil tale cogitantem, elegantisimo librorum commentariorumque apparatu, quo desumerem que liberet adornatum interpretationis mea, quibus adiunxit aureorum monitorum centuriam, quibus quatenus progredendum, ubi sistendum, deliberandumque cum laude insuecta interpretandi ratione, qua mihi insistenda vestigia,

M 2 qua

qua methodo vivendum, per amantem docteque prescrips-
erat. CÆSAREM NICHESOLAM quod inaudisset politi-
cæri studiosum, luculentarum de care conscriptionum fa-
scæ ideo voluit locupletatum, quod sibi, præclarisane opus
artificis horologium, minutum tamen dono dedisset. Ab
Archiepiscopo Bariense salgama quedam cum accepisset,
renunciaassetque illi Archiepiscopi familiaris, habere se in
mandatis à domino suo, ut in comparanda librorum ali-
quot non contemnenda serie, PINELLI opera vteretur,
præuertit hic noster, conquitosque, & redemptos sua
pecunia libros, tradidit Archiepiscopi familiari, frustra
IOH. VINCENTII fidem obtestanti, frustra domini sui
mandatum inclamanti. At non Italos modo, sed & trans-
alpinos homines sibi demeruit, si quando opera sua indige-
re animaduerteret. Cum nobili Gallo, cuius nomini par-
cimus, recte factorum conscientia contenti, amicitiam Pa-
tavij contraxerat, colueratque mutuis officiis. Hunc do-
mum redeuntem, & Mediolani politiam curiosè, ut ad-
uenæ eruditæ consueuerunt, explorantem, coniecerunt in
carcerē Hispani, suspectum dupli nomine, & quod Gal-
lus esset, & quod haberet tunc temporis solertißima natio,
cur suspicionibus per finitimorum bella indulgeret. Vix
hæc inaudiuit PINELLVS, cùm Mediolanū ad IACOBVM
Menochium, & ad IACOBVM Mainoldum, Senatorij
tunc ordinis clarissimos, sibi que amicissimos viros, litteras
dedit enixè rogans, ut dimitteretur vir nobilis, quem
male

male consultus discendi ardor, nihil hostile cogitantem, eò loci protexerat. Mercatoribus etiam mādauit, vt pecunia suuaret, curarentq; ne quid illi deesset. At Gallus longioris more impatiens, cum dies eius missionis aduētaret, muliebri veste ex arce proripiēs sese, primis excubiis deceptis, à secundis in ponte sublico deprehensus, prodēte virum gressu ultra muliebrem modum, in arctiorem custodiā datur, non sine capitī discriminē, qua tamē omnia bene illi verte- runt, cum IOH. V INCENTIVS quā autoritate, quā te- stimonio, libertatem ipse amicorum ope impetrasset.

Neque non munificus in suos fuit, qui in alienos adeo liberalis; NICOLETTÆ GRILLE Agapiti clarissimi Trierarchi filiae, virginis lectissimæ, quæ fratris filio Cosmo Duci Acheruntino conuenerat in manum, nuptiarum causa dono dedit vniōnes duos, in aurium ornamento, preciosā indicature. At hæc largitas cum illa minimè conferenda est, in quam PINELLVS mirè propensus: cum videlicet egentes, qui nō sua culpa rei familiaris iacturam fecerunt, opibus iuuamus. His ille, & probis quidem p̄aceteris, nunquam defuit. Deo Opt. Max. animo lubenti banc operam nauare solitus.

IASON DENORES Cyprins, ante patriam acerbissima Turcarum dominatione oppressam & afflitam, vir opulentus olim & fortunatus, ac primariae apud suos nobilitatis, quique in Gymnasio Patauino Philosophiam de moribus aliquandiu cum laude est interpretatus, Patauij die obiit anno M D L X X . huic viuenti ut omnia abunde

præstitit amici officia, ita eiusdem uxorem & filios, cum
 sibi moriturus commendasset affectus suos, imponebat sicut.
 CAROLVM TECTIVM Mathematicū amicum suum vita
 Patavij funeris, pecunia sua non modo extulit magnifice
 funere, sed & sepulchro, & nobili honestauit elogio: haud
 passus perire memoriam eius, quem interioris notæ ami-
 cum habuerat, quem a grum omnibus officiis recreauerat.
 Jam quod multi laudabunt, imitabuntur pauci, affinem
 ipsius & heredem institutam, litibus implicitam, cum sol-
 uendo non esset, suis opera & sumptu gratis explicitam vo-
 luit. Hinc fiebat ut in probos & litterarum amantes,
 inopes tamen, si quando incidisset, nihil relinqueret inten-
 tatum quo eis optularetur. Hac demum germana vocan-
 da est liberalitas, cui non maiora premia proposita sunt,
 sed ingenua virtutis forma, sed candidus bonorum amor.
 Apage captiosos illos, qui se liberales videri amant, ut pa-
 tria sibi, atque adeò maiora rependantur. Et quia non in-
 frequenter fit, ut qui mutuo pecuniam accipit, amicus esse
 desinat, consueverat hic noster bona frugi pauperibus, num-
 mos non quot ipsi mutuos poscerent, sed pauciores clargiri.
 Inopem enim amicum (sive mutuo des sive neges) inimi-
 cum mox experiri necesse est, negantem auersatur, quod
 nullum sibi in omib[us] opibus paratum subsidium, auersatur
 dantem, quia quaratione alienum a[es] dissoluat non videt.
 Eximum illud, quod ter in anno quaterū, sub insigniores
 quosdam profestos dies, sibi in vicinia curabat describi
 quot-

quotquot maxime egerent, monasteria item, & inopum per urbem stationes, quibus viritim nummos diuidicis tra ostentationem imperabat. Pestilentia ut diximus in agro Patauino grassante, haud facile dictu est, quam se munificum pauperibus præbuerit, quibus etiam antidota aduersus imminentem morbum largiri consueuerat. Haec nimur vero liberalitatis artes sunt, quæ eò magis alliciunt oculos animumque, quo minus aeo nostro, depravatis videlicet moribus, munificentiam amamus, captare assueti & captari, speque lucri posterioris, speciosa virtutum nomina aucupari. Hospites quibus domum suam patere perpetuò voluit, laute satis habebat, amator in hoc quoque genere mundiarum. Mensæ apparatum, & obsoletiorum seriem qui viderunt, ijsane domini mores unicō argumento peruidere soliti. In hospitium vero gratiam, sobrius alioqui & abstinens, remittebat aliquantisper de proposita vivendi ratione, amicorum id ratus consuetudini indulgendum, & genio mensæ communis.

At inhibendus mihi demum progressus orationis meæ, impar videlicet magni viri virtutibus asequendis, quas nostratum & exterorum nemo non suspexit, non admiratus est. Diuertam igitur (inuitus licet) ad morbum eius & mortem, in gratiam eorum qui nosse velint, quantam in uno homine fecerimus bonarum artium iacturam. Nec sane indignum quod expendatur, cur IOH. VINCENTIVS aded infirma valetudine usus sit, qui sobrie admodum

vixe-

vixerit, qui in viciis ratione omnia ad normam exegerit, qui demum honestarum voluptatum lineas nunquam translierit. Et hæc profectò in eam me sententiam compellunt, ut arbitrè duabus potissimum de causis hoc PINELLO accidisse; aut quod maiori animi studio quam valetudo ferret, libros peruvolutaret, quorum est vniuersa trahere ad se animi corporisque munera; aut quod nimis familiariter cum medicis versaretur. Horum siquidem nonnullis, familiaritatis vel existimationis specioso obtentu, est in votis (venia sit dicto) homines torquere per varia artis experimēta. Quæ ut in medicos, quos sibi PINELLVS optimos, & primo carent, prolatæ vt licuit vita, delegerat, minime cadunt, ita me in alteram illam sententiam præcliuorem reddunt, per libros illi, ut plerisque aliis, animo valere, corpore imbecillo uti contigisse. Visus ipsi ut disimus hebes, legentem, nec ideo intermittētem torquebat, hepate adhæc vtebatur supra modum calido, stomacho autem infirmo, crurū altero minus valuit aliquando; stranguaria illi familiaris, quæ per tadia diuturni morbi ipsum confecit, atque adeo exanimauit. Que tamen tantum abest ut ipsius constantiam conuellerent, ut firmauerint potius: suspexerimusque nos virum in aduersis rebus aquæ fortem, ac in secundis temperantem ad uerteramus. Ad prescriptos enim sibi in viciu & curatione medicorum canones, ita se composuit, ut abstinentia, qua ille rufus, vix fidem habeat in ægrotante, qui per annum cum morbo

morbo luctatus est, de quo medici iam olim desperassent, qui sibi etiam posset in solatium aliquid indulgere. Quo factum, ut contra sententiam medicorum vitam in annū protraxerit, accepto ferendam dubio proculeximae illi, ad quam animum intenderat, medicis obsequendi voluntati. Versatur quippe in hominum ore frequenter, recte se habitura omnia, si agrotanti cum medico perito cōueniat. Viribus se ut quotidie destitui animaduerterat, rationem excogitauit qua falleret se, auocaretque animum à molestia illa cogitatione. Ea fuit, ut crassiores è lecto culicidas amoueri sibi, reponique leuiora stragula curaret, astutas adhac interulas indueret, quadras etiam, scutellas, cyathos, aliaque è ministerio adeandem rationem tenuiora sibi apponi iuberet. Neque dispari solertia cum erigere se, ut consueuerat, in cubitum minimè valeret, adhibuit in eam rem funis vicariam operam, quem de laquearibus suspendi iusserat, apposito in imo paxillo, ad quem se iniectis manibus alleuaret. Famulos nunquam passus est in cubiculo pernoctare, quod diceret iniquum esse, ut penderent illi pœnas vigiliarum quæ domino obtigissent. At nos qui viribus quotidie minus valere, & ad interitum properare videbamus, in eam curam enixè incubueramus, ut ne intestatus discederet, nobilissimæ bibliothecæ distractioni obuiam ituri, quam Dux fratri filius, animi quodam præfigio, nimium quantum auersabatur. Ille vero ne palam tenderet contra studia nostra, annuenti si-

N milis

milis, rem verbis proferre cœpit, duabus (ut ego quidem
 sentio) impulsus rationibus, vel quod corpore æger, animo
 tamen valeret, consideret que conualitatum se, et cau-
 rum, ut dictabat, sibi minori negotio rebusque suis;
 vel quod arbitraretur testationem supremæ voluntatis
 eos tantum decere, quibus hæredes ad manum non essent.
 Habere se domi lectissimos affines charissimorum fratrum
 filios, quibus cum deferrent sanctissima sanguinis iura do-
 mesticas facultates, non passurum se, ut minus officiosum
 quam par esset, morientem patrum experirentur, qui vi-
 uentem omni officij genere essent prosecuti. Horum alter
COSMVS nomine Dux Acheruntinus, et magnus regni
 Neapolitani, ut diximus, Cancellarius, patruo, supra
 quam dici posset dilectus est; modestia enim, animican-
 dore, ingenij acumine, discendi studio, patrum adeo refe-
 rebat, ut ille mihi narrauerit aliquoties periucunde, Cos-
 M V M à se diligi, quod se non tantum ore, sed et ratione
 studiorum referret. Nouerat quippe librorum optimorum
 amantem, nobilem bibliothecam sibi comparasse, quam
 instituerat patrui supplementis subinde reddere ampliore;
 ut enim librū quempiam rariore sibi deesse animaduer-
 rat, ad IOH. VINCENTIVM configiebat, qui libraria ip-
 sum suppellectili auctum volens, libros optimos, quorum
 in hunc usum quotquot nanciscetur exemplaria compa-
 rabat, in eius bibliothecam Neapolim transuehi curabat.
 Huic ille bibliotecam suam, nifallor, destinarat, optime
 actum

actum ratus si libros ad eum qui amaret nosceretque, tacito iudicio sineret peruenire. Huic nos (ut & hoc obiter dictum sit) qui memoriam PINELLI colimus, eiusdem iconicam imaginem debemus, quam PINELLVS nemini non pernegasset. Impetravit hoc à patruo COSMVS, cum primum Patavium venit, eo consilio ut Neapolim abduceret. Cum enim IOH. VINCENTIVS adolescentem animaduertisset indolis magna, maximeque in litteris arbitraretur prosecutum si vixisset, ipsum amare supra affinitatem cœpit, eousque, ut discedentis imaginem penes se detinere deliberaret, absentis utique desiderium lenituram. Non renuit ille, exposuit tamen esse sibi in votis patrui imaginem, quando patrum non liceret, Neapolim asportare secum, ut patri cognatisque hac saltem ratione obtemperatum iret. His auditis abnuere IOH. VINCENTIVS, haud commissurum se unquam, ut gloriolam capasse eo facto wideretur; tum demum à patrui constantia metuens petitioni sue COSMVS, obtestari cœpit admoneisque, wideret quid ageret, certum sibi esse, nisi inuicem exoret, non stare promissis. Prabuit ille se difficultem diu, annuit tamen, & adolescentis optimi precibus, iconem suam est clargitus. Pictor huic rei adhibitus FRANCISCVS APOLLODORVS Venetus, Patavij iamdiu habitans, cuius in ea arte studium ad antiquorum artificum laudem proximè accedit. Hic nobis penicilli ductu PINELVM, DUCLEM ipsum, & AICARDVM in tabulis quas

N^o 2 ego

ego adseruo, suauissimum amicitiae nostrae monumentum,
ita expreſſit, ut nihil ultra desideret qui illos de facie nō-
rit. Et hinc studiosis ferè omnibus (quatquot in Italia no-
nūmus) oblata nobilis occasio, bibliothecas & Musæa or-
nandi IOH. VINCENTII imagine, quam audiē à pleris-
que arreptam scimus, qui egregie nōrānt, inter PINELLI
laudes præcipuam illam serio commemorari, deambulantis
musai, & spirantis bibliotheca. Neque aliunde MAR-
EVVS V E L S R V S, reipublicæ perinde litteraria, atque Au-
gustana sue nobiliſſimus II. vir, exhibuit nobis incisam in
as artifici plane manu, elegantiſſimam eiusdem PINELLI
iconicam effigiem, quam ipſe, & in gratiam hominum
transalpinorum, & in testationem periucundæ que sibi
cum PINELLO intercesserat amicitiae, vulgandam cu-
rauit. Nec mirum, cùm ille tantuſ faceret quam cum IOH.
VINCENTIO habebat animi studiorumque coniunctio-
nem, quippe de ipſo iam defuncto ſcribens ad CÆSAREM
NICHESOLAM, eo ſe demum capite, inquit, laudari malle,
quod PINELLO intime amicus eſſet, quām alio quoquis, insigni licet,
factoque ad gloriam vticumque comparandam. His demum
aliuſue de cauſis, ut ad teſtamentum redeamus, non va-
luimus nos PINELLVM de ſemel arrepto consilijs ſui ſtatiſ
dimouere. At qui, ſi à condendo teſtamento, non tamen
à Christianæ pietatis officiis abhorrebat, eleemosynas in
pauperes elargiri, Deo ſe, ſanctisque omnibus commenda-
re haud vnuquam grauatus eſt. Per annum quo eger in
leto

le^tto decubuit, expiare animum confessione, eundem sanctissimo Christi corpore non semel piè admodum reficere consuevit. Familiares profectò quotidie decumbenti sibi septem quos pœnitentiales vocant Psalms recitantes exaudiens, neque ideo Deum sibi & cœlites omnes oratione propitiare intermittebat. Me sane ille nunquam dimisit, qui rogarēt, ut ipsi Deum, vel quotidianis preicationibus, vel sacrosancto Missæ sacrificio conciliarem: gaudebatque cum ex me postridie audiret, facta qua imperasset, faustis officium meum, qualemunque id esset preicationibus, & cumulata gratiarum actione prosequi solitus. Ad monasteria Deo deuotorum hominum, & virginum sacrarum, non raro familiares destinabat, qui collata in eleemosynam stipe, agrotantem dominum illorum precibus commendarent. Ad Aram D. Antonij Vlyssiponensis, cuius nomen quaqua patet Christianus orbis celeberrimum est, sacram fieri pro se impenso studio expetebat, diuinam sibi opem eo precante affuturam confidens, quem Deus vi miraculorum excellere voluisse. Huic affinia illa, quod cum die festo & gritudine prohiberetur quin sacro interesset, consueverat ē domesticis religiosorem dimittere, qui & suam vicem quatenus licebat expleret, certamque inter pauperes à se pecuniam diuideret, in expiationem eius delicti, cuius ille tenuem etiam conscientiam auersabatur. Et si quando diuinis officiis hebdomadæ vti appellant maioris, exaudiendis (quod raro admodum contigit) impedi-

N 3 batur,

batur, nihil antiquius habuit, quam ea domi ut recita-
rentur curare. Beatissimam virginem eximiè coluit, e-
iusdemque festos dies. Quocirca paucis antequam obiret
diebus, sub diem Deiparæ virginis assumptioni sacrum;
mihi ille tum, aduentat inquit tempus persoluendi tribu-
tum. Ego qui à morbo perus quotidie se habentem noue-
ram, loqui illum de ægroatationis molestiis existimabam,
quarum monitu ad futuram propediem sentiret mortem,
quæ naturæ pensum exigeret; at is ut me hærentem vi-
dit, explicuit sese, de animo videlicet intellexisse sacra con-
fessione purgando, eodemque reficiendo sanctissimo C H R I -
S T I Domini corpore, ut quotannis eo die præcipuo cum
sensu pietatis confuerat. Amoris ille meditatione haud
quaquam alienus fuit, cum optime sciret, naturam mortis
ostiarie munus iniunxit, quo amota corporis sera, nostris
animis aditum in cælum affectantibus, viam veluti post-
liminio aperiret. Cauit tamen cogitationem hanc ne plus
nimio ostentaret; imo dedit operam, ne ab amicis, & fa-
miliaribus in ea deprehenderetur, turpe id sibi, & parum
conueniens ante ætæ vite instituto ratus, quam ita com-
posuerat, ut in omnem euentum citra solitudinem aut
curam obtemperatum iret legibus, quas Dei opt. max.
administra natura in genus humanum sanxisset. Hoc il-
le præstabat, animum in alias curas traducendo, littera-
rias præcipue, quarum suavitati iam tum à puero assue-
rat. Memini ego cum ipsum semel adhortarentur medici.

ut ab his abstineret, non renuisse quidem pro ea qua ipsos
prosequebatur reueuentia, at post eorum discessum, con-
uersum ad me in hac verba, Ego vero in hoc morbo, diuti-
no ut vides & permolesto, tantis premor cruciatibus, ut
nisi eorum amaritatem incundissimorum mihi studiorum
dulcedine diluam miserrimus profecto sim. Anatomes
professor clarissimus HIERONYMVS FABRICIVS ab A-
QVAPENDENTE, qui cum CAMILLO FRASCATO agro-
tantem quotidie inuisebat, amici aliquando miseratus,
quem ad exitum vita festinantem his cogitationibus di-
stineri permoleste ferebat, admonuit, ut hæc abiiceret,
decurrendi sibi vita spatijs modicum quid superesse, ad-
hortationem hanc esse officij sui, quod in maximo amici di-
scrimine si deserat impius sit: animum se voluisse religio-
ne semel liberare, ne ullus ipsi unquam esset conquerendi
locus. Subrisit ille, & perquam facetè, ut vt morti pro-
ximus, à me sancè inquit siobiero, non est, quod obturga-
tionem metuat quispiam. Mox serio, compitus ad gra-
uitatem subdidit, agere se illi gratias; imminere sibi, nec
imprudenti aut inscienti postremum vita actum, datu-
rumque operam ut concluderet non indecor. Et quidem
multis antequam decumberet diebus, de valetudine ut
fit percunctantibus, respondebat, iam diu ferri se ad metam
sagittæ in morem; obrepere sibi festinam præcipitemque se-
neclutem ut eo responso monstraret.

Deceßit Prid. Non. Aug. MDCL. animo pridie ritè ex-
piato;

plato; cum enim anima dueritissimus nos, qui agrotanti as-
 sidebamus, aduentare iam mortem, monuimus recte fa-
 sturum si abstigeret sacra confessione ante aitæ vite la-
 bes, ~~pro~~ceptoque sanctissimo Domini corpore, ad supremum
 seiter compararet. Deliberauerat ille, ut diximus, ex-
 qui hæc in assumptæ Virginis beatissima venerationem,
 eiusdem festo die. At ex horum frequenti vñsu vegetio-
 rem fieri animum probè scens, eo presertim tempore, quo
 sibi erat cum morte colluetandum, gesit nobis morem, ad-
 bibitoque Sacerdote, qui tum ipsi erat à confessionibus, Eu-
 charistiam in crastinum sumere distulit, ut ad sacram cō-
 uiuium paratiō accederet; decreuerat autem, ut retulit
 confessarius, tum demum testari, & heredibus suis eo pa-
 sto prospicere, quorum in se benevolentiam postremo hoc e-
 logio fraudare parùm officiosum ducebat. Porro Sacerdos
 consilium laudauit, adiecitque optimum fore si non in cra-
 stinum differret. Excepit is, reuicere se consulto testamenti
 factiōem in crastinam diem, ut presentis Dei ope, rem
 non ita facilem aggredetur. Vesperi cœnauit hilaris;
 meque intuens, qui ibi pernoctare desieram ab aduentu
 CÆSARIS PINELLI, qui patruo ut adesset Neapolit ad-
 uenerat, monuit, ut domum abirem, aduentasse iam no-
 etem, widerem ne pertenebras aliquid caperem detrimen-
 ti. Ast ego negauit me discessurum, velle siquidem apud
 CÆSAREM cœnare; quod ille subridens probauit. Ego sa-
 nè animum induxeram per eam noctem emanere eo consi-
 lio,

lio, ut sanctissimam Eucharistiam percepturo adessem, at Deus opt. max. eam mibi mentem (nifallor) iniecit, ut viri in re litteraria memoria nostra facile principis, extremum spiritum exciperem, & piis de more precibus prosequerer abeuntem. A cena ipsius temporis nescio quid sermonibus extraximus, quoisque illi visum instare cœna nostra tempus. Tunc is me discedentem affatus, erupit in hac postrema verba: Tibi gratias mi GVALDE, praesagienti similis, & supremum valere pronuncianti. Tum CÆSAREM enixe intuens salutavit alacriter. Quo factum ut nos in eam spem veniremus, producturum vitam ad aliquod tempus. At veluti in lychno intermoriens flama erigit se subinde, & cum proximo defelui collectus viribus luctatur: ita PINELLI vires colegerant se aduersus impendentem mortem, & in corpusculo illo, quod vis diuturni morbi exederat, supra munera peragebant. Ad medium noctem iusculi aliquantulum, ut à medicis imperatum, exhauserat, cum reclinantem se in pulicinari, invasis deliquium ita vehemens, ut non multò post vitam eriperet; accurrimus nos à familiaribus excitati, nec sane in tempestiuè, cum ego spiritum è corpore proficiscentem Deo & cælitibus omnibus, precationibus sollemnibus commendarem. Ita ego eodemmet Augusto mense ante quattuor annos AICARDO adfui, hoc vno in charissimorum mihi capitum iacturis fortunatus: cetera parum felix; quod causa luctus ad manum essent, neque mitigaret dolorem

absentia, que omnes emollit asperos humanarum vicissitudinum euentus. Annos PINELLVS erat natus VIII. supra L.X. nec ideo tamen non decepit immature; præperum enim semper illius est funus, mea quidem sententia, qui hominibus p̄ est esse adiumento, ut hic noster insigniter fuit. Cadaver medici execuerunt, deprehensiique in vesica lapides quatuordecim magnitudine iuglandibus pares, & prægrandis unus, cruentus, aspera cute, & aculeata in renibus, in vesica vero arena & calculorum, sub siderat nimio plus satis. Elatum est funus ad D. ANTONII, quò frequens PINELLVS religionis causa conueniebat, ubi condi AICARDVM curarat, cui etiam nobilis memoriam destinauerat, posteris indicio futuram illius in se meritorum, & sui in illum amoris. Exequæ sacrificiorum funebrium frequentia, & larga in egenos divisione nobilitate. Laudatus publicè non est, quod excluderentur omnes angustia temporis ab opere aggrediendo, quod sui magnitudine, sublimia quæque ingenia deterret. Et vero quis illudatum dicat, quem in unum conspirantes quotquot aderant Patavij eruditorum voces, in funere non tralaticiis laudibus ornauerunt. Quicquid enim scripsit Corn. Nepos de Attico, ibi de PINELLO constanti predicatione inaudisset, per XL. annorum spatium in iuriis fuisse nemini, iuuuisse omnes; in ius de sua re iuisse nunquam, infimis communem, principibus parem, gravissimum omnibus. Libros illi non otiosè peruvolutatos, sed

ad

ad exemplum instructionemque vita, neque maiorem operam cognoscendis natura arcanis, quam excolendo animo impendisse. Nemo tum Patruij, qui litteras e^z humanitatem haud perfusorice amaret non accessit ad CÆSAREM, ut clarissimæ domus per eam iacturam extinctum splendorem doleret. At eius generis officio quamplures mecum perfundit, quod sciret extare illas grauiſſimas causas doloris mei, amissum mihi patrem, patronum, amicum, qui me amaret, tueretur, diligenter, cui per xx. & amplius annos fuissim intimè familiaris, quem e^z Patruij dum essem quotidie non inuisere, e^z absens non per litteras ferme quotidianas salutare, nefas haberem. Constituerat ipse (ut ex eius perantiquo familiariter audiui) etiam apud posteros mucuam benevolentiam nostram, insigni aliquo edito amoris monumento contestari, quod ut auerterit mors, non ideo minus debere me illi sentio, felicitatis & existimationis meæ (ſi quid mihi earum contigerit) parenti, & auctori. PINELLO enim e^z AICARDO adhortantibus, & patria non procul (quod magno quis emptum velit) nocte sum tutissimum asylum fortunarum mearum, domum MARCI CORNELII Episcopi Patruini, quem ut exemplar cui prioris, & miratur nostra, & suspiciat posterior etas. In suam meis familiam illectum, suavitate morum, & animi candore, ea complectitur benevolentia, ut habere videatur iusti fratris loco. Probitas nimis, & humanitas solitaria non sunt, sed amant dare ſe in conspe-

Q 2 Etum.

Etum, contrectari, & moderato-^r & unitescere opes suas. Es-
t vero non alia ratione hominem homini deum fieri contin-
git. Horum ego mutuo amori, quæ dixi nisi accepta scram
magna ex parte, ingratus profectus sum. Quid enim optan-
dum magis, quam mihi in patriæ pene dixerim conspectu,
in suauissimi fratris oculis, qui me à semetipso diuelli ager-
rimè tulisset, patronum optimum obtingere, per quem a-
pud PINELLVM & AICARDVM, quos ille propter mul-
tas ingenij & humilitatis suauitates amabat, esse quoti-
die licere?

Aucti quisquis hæc legis, priuat as doloris mei cau-
sa, vidisti racturam: at detrimentum, quod Italia, &
& uniuersa penè dixerim Europa, in eodem passæ sunt, quo
satis digno genere orationis prosequemur? Eiusmodi viros
parcè profert natura, opes suas in abdito habere iamdiu
docta. Methonis fortasse annus transigendus iis qui al-
terum PINELLVM expectant, cuius studium humaniora
studia restituat in pristinum splendorem, cuius opes in no-
biles libros colligendos impendantur, cuius dignitas viris
doctis patrocinio sit. Aetas sane nostra si quem feret eius-
modi, is (ita me Deus amet) non alius erit à NICOLAO
FABRICIO Gallo, domo Aquis Sextiis, clarissimo adole-
scente, qui Romæ & Patauij vix dum plenam puberatatem
egressus, eo ardore PINELLVM & PINELLI studia est
complexus, ut omnibus nobis, & doctis viris quotquot his
capiuntur litteris, miraculo sit.

Post

Post patrui obitum CÆSAR PINELLVS Patauij substituit per aliquot dies, tum ut creditores (si qui forte erat) haberent quem adirent, tum ut bibliothecam ad COSMVM patruellem transuebendam Neapolim curaret; cuius semissim hereditario sibi iure obuenientem COSMO dono dederat, cui, ut nos audiimus aliquando, mens fuit CÆSARIS liberalitatem pari officio compensare. At humana hæc studia quā parui Deus pendat, & sepe alias, & tunc in pretiosa illa bibliotheca perspetuum satis. Eius nobis iactura historiam pertexere in animo est, ut nimij rei litterariae amatores, excitentur receti exemplo ad comparanda sibimet ipsis bona illa, que nec vix temporis abdere, nec iniuria hominum interuertere possint. Et sane ridendum nescio an plorandum sit, congestas bibliothecarum opes miseris modis quotidie dissipari, nec ideo minus deesse homines, qui summa cura in id incumbant, ut heredes onerosam sibi sarcinam prorsus abiiciant, vel controuer- sam coniiciant in domesticas latebras, ubi cum blattis & tineis perpetuo pugnet. Patauij animam vix egerat PINELLVS, cum nescio quis ad Senatum Venetum detulit, è republica non esse, a portari Neapolim, cum IOH. VINCEN- TII libris, intima quæque Venetorum consilia. Collegisse illum per XL. annos, quicquid legatis Venetis legatione perfunditis adnotare, & in Senatu exponere moris est: opibus & gratiæ illius patuisse tabularia Senatus, res videlicet Venetæ amatori: at defuncto ipso minime fe-

O 3 ren-

rendum, ut arcana imperij euulgarentur, & in hostium
 fortasse manus incidenterent. Probauit Senatus quæ dice-
 bantur, imperauitque Patauij Prætori, ut capsas libro-
 rum centenas & amplius sisteret, obsignaretque ex his
 in XIV. conieceramus libros manuscriptos, quarum binæ
 nihil aliud continebant, quam commentarios & acta re-
 rum Italicarum, exterarumque. Has oportuit ex compa-
 eto deferri in domum Prætoriam, ubi delectus habitus
 CCC. eiusmodi commentariorum, qui statim Venetas a-
 mandati. At nos, qui videramus Prætorem Senatus impe-
 rio abusum, suspicionib. aequo plus indulsiſſe, Venetas per-
 reximus, iacturam nimis grauem nobilissima bibliotheca
 deprecaturi. Et cecidit ad votum res. Delegauit Senatus
 nobis nonnullos eorum ciuium quos à Secretis habet, man-
 dauitque ut recensionem Prætoris inspicerent, dimitte-
 rentque nobis omnia, quæ res Venetas minimè attinge-
 rent. Ita factum ut ducentæ solummodo conscriptiones
 nobis perierint, quæ in arcanum Tabularium cōditæ sunt,
 apposita ibi scheda, in qua notatum, decerpta hæc imperio
 Senatus è PINELIANA bibliotheca. Præcesserat hastur-
 bas familiaris cuiusdam furtum, qui persummum scelus
 questum è domini morbo captans, pleraque eius generis,
 non animaduertenti substraxit, distraxitque. At detri-
 menta hæc omnia vili estimanda, præ hoc ipso quod mox
 enarrabimus. Bibliothecam Venetas deuenendam cu-
 raueramus, ut inde mari Neapolim impendio minori ap-
 pelle-

pelleret; at ne quis maior, ut in nauigatione solet, pefundaret uniuersam, interciperetque, placuit in tria nauigia casas coniuci, quae recta Fortiori portum in Apulia petarent, excipienda acie meo Hieronymo Velo Episcopo Larinate, quem PINELVS dilexerat, V R B A N O etiam V I L .
 Pont. Max. charum, & ad summa queque destinatum, sti mors optimi Pontificis conatibus obuiam iuisset. Nauium barum altera cum trium & triginta casarum sarcina in piratas Turcas incidit, qui præda opulenta trahientes, cum chartas & libros inuenissent, gaudio in iracundiam verso, inutiles fibi merces abiucere cæperunt in mare, quoisque captivi nauarchi monitu delinxi, & tot exhaudiarum chartarum tædio fatigati, ab impotenti coepio desiterunt. Ita nauigium exarmatum, nautæ in vincula conieeti, merces reliqua in triremem comportata, & libri (ut ille monuerat) relitti beneficio alicuius, qui cum nauigio in littus eiectos colligeret, aportaretque. Ita plane factum: cum enim fluctus maris nauim destitutam eiecisset in littus, è regione Firmanæ coloniæ, conuolarunt ad expositam predam pescatores, aliquique, quorum nonnulli libros domum aportare, quidam papyros in frusta disjectas ad rimas nauigiorū cum glutino adhibere, non pauci, specularium vice, tuguriorum fentis aptare, & profectò memini audire me à quopiā, per tractum sane quam patentem litoris illius, aliud tum omnino haud compauiisse, quam laceras schedas, quæ projectas in littus, quæ

in salo fluctuantes. In nunc qui sine modo hac amas: Reges magnos emulare, haereditum improbitas, latronum iniuria, domesticorum fraus, elementa adeo ipsa perdent delicias tuas. Audi, audi, quisquis incubas librariis illis thesauris; I consultum publicae utilitati, euulga ingenia magna, lucubrations non tuas publici iuri fac, permitte ut alij proficiant nullo tuo detimento, non minimatua cum laude: Quae tu sponte rei litterariae perennitati commoda ueris, ea uniuersa effugient Adraſtie manus. At Firmanus praes ut primum hac percepit, edixit deferri ad se quicquid ibi chartarum librorumue electum fuerat, collectumque; ea mente ut domino restitueretur, si quem dies obtulisset. Me tunc Venetiis commorantem male percult hic rumor; ingemuique fatum nobilis bibliotheca, cuius genius cum IOH. VINCENTIO perisse mihi semper non dubius argumentis visus. CÆSAR Neapolim versus proficisciatur, nec mihi certum, ubi litteris assequerer abundentem, consultius ergo visum COSMVM de tota refacere certiorem, atque interim curare, ut MARCVS Episcopus Pat. OCTAVIVM CARDINALEM BANDINV M, qui tum Anconitana Marchiae legatus praerat, oraret ut naufragiam bibliothecam conquiri, & asseruari imperaret.. Hac de re tum ego litteras etiam dedi ad HORATIVM MARTIARIVM Vicetinum, primum Episcopum ciuitatis sancti Seuerini, excitatae annis ab hinc circiter MLIII. in vetustissima Septempedana colonia ruinis. Dux, perlectis literis

teris meis, non segniter agendum ratus, certos homines in Picenum allegauit, qui Cardinalis legati opera, præmis pœnisque propositis, è tribus & triginta capsis, duas & viginti coegerunt. Ita compertum perisse xi, librorum octo, iconicarum imaginum duas, mathematicorum organorum vnam: librorum iactura quam grauis, incertum adhuc nobis, ea de causa quam afferemus infra. At siue impressos siue manuscriptos attigerit, in utramvis partem deploranda. Et ne nulla bibliotheca pars à turbis vacaret, libri illi quos à IOH. VINCENTIO diximus Romam missos, ut affinibus spem faceret profecturum se illo quandoque, diem functo Abbe Rauascherio, cuius illos fidei commiserat, ab Apostolica quam vocant Camera, cum reliqua Abbatis domestica suppellestile obsignati, & penè distracti sunt. Inhibuit tamen CARD. PINELLVS, profuitque IOH. VINCENTIVM CLEMENTI Pont. probe cognitum fuisse. Quare libri redditi, & Neapolim amandati. Pataniū non nemo studiosus doluit, sublatum ex ea ciuitate tantum thesaurum, quem homo talium rerum sciens, exquisita opera, per tot annos, è manubiosis selectarum eius regionis bibliothecarum congeßisset. Et profecto si quis hæc bonarum litterarum subsidia iterum Pataniū videre se non desperet, desipiat necesse est. At quamvis suspiciones, furta, pirate, præstantissimam uti narravimus bibliothecam afflixissent, recreabat nos tamen ea cogitatio, quod in Duci manus peruenisset quicquid reli-

P quum

quum erat. Huic enim communia cum patruo studia, doctos amare, libros in deliciis habere, bibliothecam inter Europas non exigui nominis breui concinnare. Destinarat huic suburbanum amoenissimum Julianum nomine, ubi opes in hoc gente suas exponeret asseruaretque, futuras perpetuo, ut cauturum se dictitabat, patrui & gentiliij nominis ornamento. Praefectum huic destinarat THOMAM SEGETVM domo Scotum, è patrui ut diximus contubernio eruditum adolescentem. Quæ meditantem distractxit profectio Genuensis. Vxor à parria iam diu absens, flagrabat desiderio reuisendi affectus suos, quos puella vix nubilis Genuæ reliquerat. Annuit indulgens maritus, filiosque secum deducit, marem alterum GALEATIVM nomine, fæminam alteram nomine LIVIAM, impuberes ambos. Excepere Genuæ cognati & affines magno apparatu, & ut ciuem decebat, in comitia sua peramanter inuitarunt. Ibi cum per aliquot menses moram traxissent, COSMO Genua discedere meditanti, Mediolano Venetas pergere placuit, tum in gratiam uxoris, que Italie miraculum perlustrare auebat, tum ut patruo (ut ille non semel ad me scripserat) monumentum Patavij in D. Antonij excitaret, pro gentis splendore, constitueretque annuam pecuniae vim, erogandam in sacra quotidiana pro eiusdem anima noxis expianda. Et quia non ignorabat COSMVS quantopere AICARDVM cum viueret charum habuisse PINELLVS, ratus est sui officij esse, ve quo-

quorum animos amor mutuus coniunxerat, eorundem cibæ idem tumulus afferuaret, Scipionis gloriam pari exemplo amulatus, qui praconem laudum suarum poëtam Ennium, condiscum in eodem monumento præcepit. Quare COSMVS Patauij apud Galileum, in Academia res Mathematicas magna cum laude profitentem, hospitio permanter exceptus, nihil antiquius habuit, quam locum in eo quod diximus templo maximè conspicuum feligere, intimum videlicet parietem ostij maioris, quem ipse pro dignitate marmoribus, signis æneis, parergis elegantiissimis excornasset. Qui tamen haud impetratus, fastidio quorundam, qui (alia permissa intra templum statione) nobilissima adi structuram deformari iactabant nouitius ornamentis. Patauij ille anxie scrutatus est, an patruus quipiam deberet cuiquam, an è domesticorum numero alicui non abunde factum esset satis. Et quamuis obtulisset se nemo, depositus nihilominus apud me non exigua auri summam, dividēdam arbitratum meo in pauperes quosdam, quibus PINELLVM patruum, si testari contigisset, legaturum aliquid consecratabat. Patauij Venetias se contulit me comitante, gnaro videlicet ciuitatis, & rerum earum perito quas peregrinis spectare opera precium foret. Ces- sit ad votum res, priuataque & publica omnia, quæ vix digna, nobis patuere. In nauali etiam (quod non nisi principibus viris & non paßim deferri solet) lautissima coniuicio excepti fuimus, commonstrataque omnes quot-

quot ad sunt bellicæ rei instructissimæ officinae. Quæ omnia
 COSMO Venetiis hilarè comiterque exhibita, tum in pa-
 trui memoriam, quem suspexerant viuentem Senatorum
 & Patriciorum plerique, tum in gratiam ipsius, qui mo-
 destia animique magnitudine sibi omnes vix dum in primo
 congressu demereret. Vxor adhac ornatissima fœmina,
 omnibus de rebus que matronam decerent, ornata & co-
 piouse differere solita, viris grauissimis miraculo fuit. De
 litteris illi, de re Poëtica, nautica, bellica, de gemmis, tabu-
 lis, signis, sermo multiplex, qui varium ingenium prode-
 ret, supra sexum etatemque. Scripsit illa Venetiis Genuam
 ad Liuiam matrem, quam fuisse lautè regieque ad gentis
 marem excepta, sibi quæ tum demum contigisse, quod exi-
 stimasset nunquam, ut scilicet longe maiores apud exteris
 sibi honores, quam in patria in affinium sinu deferrentur.
 Profecturis instructa triremis S.C.^o decreta est, quæ Lau-
 retum usque veletaret, cum amplissimis mandatis, ut
 una & altera triremis quatenus opus foret exhiberentur,
 sarcinis & comitatui comportando, Lautia insuper decre-
 ta, & cibaria publico ære. At rerum humanarum quæ vi-
 ciſſitudo est, vix Venetiis egressos, & adhuc in conspectu
 littoris positos, turbanit primum improuisus & subito ir-
 ruens Ducus morbus, tum venti vi subaduersa, quæ co-
 mites impulere, ut relegerent iter, & Venetiis commora-
 rentur quo usque conualeſceret COSMVS. At morbo quo-
 sidie inualescente, Patarium Dux deuchi se imperauit, me-
 dico-

dicorum opera, quose ea urbs celeberrimos habet plurimum fidens. Eò aduetus, me curante diuertit in domum BENEDICTI GEORGII Patr. Veneti clarissimi viri, qui ad IOH. VINCENTII exemplar factus, Venetiis equè suspiciebatur, ac Patavij ille. Eadem studia, iudem mores, mutuis semper exultam officia amicitiam pepererant. Huic ego dum viueret supra votum charus, cuius memoriā non sine lacrymis valeam commemorare, erexit vi delictet ab immatura morte tum primum, cum laudatissimi patris honoribus omnibus in patria perfuncti, vestigiis insistens, ad gloria metam aquis passibus properaret. Patavij COSMO medici prestatissimi HIEONYMVS FABRICIVS, HERCVLES SAXONIA, & ÄMILIUS CAMPO LONGVS frustra manus admouerunt. Morbi enim vi griffante latius, quam ope medica coerceri posset, post xv. dies acerrimis doloribus capitis, & corporis uniuersi cruciatu febrique confitus, & vehementissimo delirio exagitatus, decepit. Adsumus religiosissime morienti LAVENTIUS PIGNORIVS & ego, qui vixdum elapsō anno supremum hoc officium patruo prefliteram. Obiit COSMVS anno MDCXI prid. Kal. Nouemb, annos nat-
rus III. & xx. de quo Virgilianum illud legitime pro-
nunciassem,

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse sinent.

Aencl.lib.6.

Vita siquidem innocentia, morum candore, paucos inue-
P 3 nisses

nisses pares. Autem religionis prima illi cura, inter delicias qua urbanas qua domesticas, semper fuit. Quotidie sacro interesse, in hebdomada saltem semel refici pane cœlesti consueverat. In societatem sodalium D. Francisci, quos Capucinos vocamus, ex privilegio cooptatus, de illis mereri optime nunquam destitutus. Cœnobium iisdem & Ecclesiam in sua ditione excitauerat, magna in eos sustentandos erogata quotannis pecunia & vi. Ex eorundem numero impetraverat sibi apud quos animi noxas confessione expiatum, sequente sacra sanctæ Eucharistie sumptione intime recrearet. In pauperes annuatim diuidebat duodena & amplius aureorum millia, nubiles puellas honeste collocando, subleuando eos qui non suo vitio ad inopiam redacti essent, senio confectis, debilibus, languentibus, opibus suis eximiè consultum volens.

Neapoli ante aliquot annos firmus & valens testatus erat, præterieratque bibliothecam, & IOH. VINCENTII monumentū, patruo adhuc superstite, quorum recordatus fortasse cum ægrotaret, petierat ab ALPHONSO SOTO, quo Patauij confessario vesus est, ut morbo non remittenente admoneret Codicilli, quem decreuerat testamento adiscere. Et sanè bibliotecæ statum, & amplificationem, patruique memoriam animo complexum videmus, quanto cum illo Patauij familiarius versati sumus. At præclaris cogitationibus inuidit improuisum delirium, quod optimum iuuenem de statu mentis deiecit miserandum in modum

modum. Maritum optimum, & indulgentissimum, (eas
has funeris appendices liceat mibi persequi, amoris & be-
nevolentiae ergo) vxor infelicissima luctu perpetuo prosecu-
ta est, creptum sibi à patria & affinibus procul, iniquissi-
mis temporibus, cum virum dolens, cum quo vixerat sine
querela, quo sospite vix ullam sibi matronarum Neapoli
præferri optime norat : relatos sibi parulos filios, non
qui mortorem leuarent, sed quorum conspectus luctum au-
geret, quorum orbitas matrem cruciaret. Neapoli in mo-
re possum est, ut mulieres in charissimorum sibi coniu-
gum funere incident capillos, cum defunctis efferendos, te-
stes doloris, & indicio futuros interceptum sibi morte viri
capitis si quod erat ornamentum. Consuetudinis memori,
buic nostræ forcipes diu pernegata à familiaribus, &
subtracta ferramenta omnia, quibus propositum exequi pos-
set, donec filiolus matrem angu diutius nō ferens, auratam
forcipem è loculis puerilibus promes, matri obtulit, admo-
nens capillos recideret sibi, & memoriam patris suprema
illa contestatione recoleret. Laudauit illa filij pietatem,
& sibi dicto citius obsecuta, spissam & flauentem comam
in feretrum coniecit, operuitque caput nigra palla, qua cir-
cumfluente connecta, humili cubans in abdito seposita cellæ
angulo, dolors habenas laxauit. Audiuimus nos ibi tum
cam conquerentem, sermonisque nitorem admirati sumus,
& ingenij alacritatem. Quo factum, ut tragicos poëtas
minus improbaremus, quas frequenter animaduertas in-
ducere

ducere in scenam dolore & mærore confectas, Electram
 Hecubamue, ornatè tamen & copiosè differentes. Graue-
 vulnus influxit domesticæ rei præmatura mors Ducis ado-
 lessentis. Honos enim summi Cancellarij, in quem uti di-
 ximus impèderat ipse LXX. M. aureorum, è familia exiuit,
 neque translatus in filium est, uti pater præsagio fortasse
 quodam mortis aduentantis admonitus, tunc temporis
 maximopere nitebatur. Venetius quidem puero factum
 nobile omen, quod nemo tum animaduertit, breui obuen-
 turam illi Ducis appellationem, quam à morte patris na-
 etus est. Ostendebatur ipsis in eaciuitate locus in aede Mar-
 ciana, ubi copia gemmarum & unionum ad miraculum
 rvsque, cumque ad mitram ventum esset, quæ ibi auro,
 gemmisque distincta asseruatur, in usum Ducis inaugu-
 randi, puero spectanti oborta est de repente cupiditas mi-
 tra gestanda, quod ubi intellexit Præfectus Senator, qui
 tum aderat, mandauit ministris uti obsequerentur puero,
 cui ad eum honorem iam tum præsternebat mærore obſt-
 tam viam, importunum patris optimifatum. Duciſſae-
 repto ſibi ut narrauimus viro, nihil antiquius habuit,
 quam cadauer Neapolim præmittere, & Patavio diſcedere
 domum versus, tum quod eum terrarum tractum odifſet,
 in quo naufragium fecerat delitarum fuarum, tum quod
 biems, cuius ibi magna vis, quotidie appropinquaret.
 Comites habebat reditus, quos & aduentus; CÆSAREM
 PINELLVM, & IVLIVM SANGRIVM, ex primaria Neapolis
 nobis-

nobilitate elegantissimum virum, quibus me adiungere
 tam precibus tam obtestationibus ita enixa est, ut alie-
 no maxime anni in hyemem vergentis tempore, non opti-
 me valentem, pertraxorit in sententiam suam, eius miser-
 tum, quæ cum lacrymis dictaret, neminem præter me
 tum adesse, quicum causas luctus sui conferre posset, à quo
 mœrorem sibi leuari posse confideret. Romæ illam Neapo-
 litanae aliquot matronæ exceperunt, ubi me dimisit perin-
 uita. Mihi vero, iter protinus remetiri constitutum erat,
 quod haud passus vir illustrissimus OCTAVIUS CARD.
 PARAVICINV S SACRI ROM. IMPERII Protector, cui
 propria dotes, probitas, humanitas, solertia, splendoris
 non minus, quam aduentitij amplissima dignitatis, &
 uite gloria tituli contulerunt. Hic me multos iam annos
 addictum sibi (abfis verbo inuidia). unicè fouet, exigu-
 rum plane conscientium meritorum, nec videntem quid ad a-
 mandum me ingenium acerrimum allucere posset, nisi per-
 enne studium bene de unoquoque merendi, & ingenua
 mea apud omnes eius gratia contestatio, quam me præcla-
 risimi viri humanitati debere sentio. Hinc ego hyemem
 Romæ exegi totam, ubi mecum Ioh. VINCENTII inte-
 ritum litterati omnes & singuli doluerunt. Nec defuerunt
 qui perquirerent an bibliotheca eiusdem esset venalis, elabi-
 sibi quod nollent è manibus tantum thesaurum. Princi-
 pem inter hos locum obtinuit FRIDERICVS BOR-
 ROMAEVS CARD. Archiepiscopus Mediol. qui pietatem

Q

Chri-

Christianam ita cum studio litterarum coniunxit, ut praeter absolutum CAROLI patruelis sanetissimi viri exemplar, quod refert ad amusim, habeat Italia in hoc etiam genere quem exteris gentibus ostentare posse. Is Mediolani bibliothecam instruit optimorum librorum refertam, innixam adhuc firmis legibus, que ab omni peculatorum iniuriatutam diu prestant, conquisitis etiam undique eruditis viris, qui agmen ducente Gratia Maria Gratio, viro docto & spectata fidei, tantas opes custodiant prodignitate: quò utinam res pexisset PINELLVS noster, cuius delicias, reliquias à piratarum iniuria, heredum discordia male perdidit. COSMO filius octennis heres obuenit, de cuius tutela dum inter matrem & testamentarios tutores diutius disceptatur, libri interim penè madentes, ut è mari collecti in capsas tumultuarie coniecti, nulli dubium ac cum tineis pugnant; ne dicamus, quod aliqui retulerunt, asportatos plerosque, & diuulsos miserandum in modum. Neptos dicam nos an prorsus amentes, quos perennium bonorum oblitos, fluxa hæc & incerta sollicitant? hec in causa fuerunt, ut non solum bibliotheca pessum iret, sed etiam & monumentum, quod IOH. VINCENTIO parabatur, euanscat omnino. Supremis tabulis COSMVS nihil addere potuit, attus in delirium ut diximus importuna morbi vi: hæredibus quid animi sit ignoramus. Ut ut se res habeat, cessantibus his, quos parerat hæc curare, CÆSAR NICHESOLA, PTOLEMEVS OLIVETVS, &

ego

ego, cogitabamus & hoc postremo munere IOH. VINCEN-
TII & PAVLI AICARDI memoriam commendare po-
steritati, perpendentes nimisrum, quam turpe sit eorū pror-
sus obliuisci, quibuscum suauissime & coniunctissime vi-
xerimus. Et quoniam, ut inquit ille, calo Musa beat,
meas partes duxi, autarij non omnino ingratiloco, car-
minibus aliquot, quibus olim IOH. VINCENTIUS lauda-
tus est, mulcere animum lectoris. In his ego perquirendis
baudjanè anxiam, imo translatitiam operam posui, quod
eius vitam descripseric qui laudata agere, quam laudari
malebat. Mihi verò ad scriptio[n]is meæ calcem de proxi-
mo iam decurrenti, contestari illud lubet, narrationis meæ
fidem oculatam esse, haustaque ex intima viginti &
amplius annorum consuetudine, qua mihi cum PINELLO
intercessit, & prescriptissime me mihi veri rectique lineas,
ultraquas minime transsilirem. In opiam rerum diffiteri
aut excusare consilium non est; cum ne xini non pateat
quantas immatura COSMI mors offuderit scriptio[n]i no-
stræ tenebras, quas ego dispellere frustra diu nixus sum.
Exoptabat ille perfici propositum hac de re meum, exhibi-
buisset aduersaria, schedia, indices librorum, epistolæ ad
patruum scriptas à doctissimis viris: instruxisset ille me
elegantissima suppellectile notarum, observationum, ad-
uersariorum; at ille dolendus deflendusque nobis abiit,
abstulitque secum inuidia fati uniuersos amores nostros.

Q 2

Mibi

Mihi viam tentasse auiam plane, & difficilem satis erit,
 ipsamque velut digito intendisse alicui, quem iuuerit Bo-
 nus Euentus, ea proferendo, quibus nos destituti, exegi-
 mus tamen aliquid non sine fructu, & delectatione
 studiosorum, quibus hac nostra Da-
 mus, Dicamus.

•••(:)••

SS



HIERO-

HIERONYMI ALEANDRI.


 Vstum & sagacis consilij virum,
 Dic luciuosa Pieri barbito,
 Quem nuper creptum, gementi;
 Hesperia illachrimat dolore.
 Quem non inani gloria turbine,
 Non fraudulenta cura pecunia,
 Non murmur aurea blandientis,
 Per miseras agitauit aulas.
 Miscer venenis pocula luridis
 Aula, & ferinis induere artibus
 Edocet mortales, dolosa
 Iam potior cluet arte Circes.
 At ille doctis inuigilans libris,
 Quaeis comparatis undique, nobiles
 Instruxit aedes, innubarum
 Aonidum studiis dicatas,
 Late potenter vim sapientia
 Scrutatus, alto mentis acumine,
 Pulchris Minerue filiabus
 Artibus ingenium beauit;
 Caliginofis promere noctibus
 Sensus repositos callidus in diem,
 Oblivioso inuidit Orco.
 Nomen, & egregios honores.
 Hinc astrosi trans freta Bosphori,
 Trans Martialis littora Iberie,
 Ignara leti fama, clarum
 Nomen agit volitante pena.
 Sed quid minuto singula carmine

Proferre tentem? Siderei greges
 Sub nocte lucentes serena,
 Et numerum fugiunt arena.
 At non perennem concoquere est datum
 Felicitatem, hac instabili in pila
 Terræ, procaci quam rotatu
 Sors agitat, properante dextra.
 Erupit Orci faucibus horridis
 Morbus, cruentarum Eumenidum genus,
 Qui dente sevus calculoso,
 Ab miseris lacerabat artus.
 Intaminata non tamen insitum
 Mentis vigorem, spargere tabido
 Quiuit veneno, qui potenter
 Se laqueo explicuit tenaci.
 Et nunc inanis per spatia etheris,
 Graui solutum compede corporis,
 Decora virtus ferre gaudet
 Ignifero super astra curru.
 Yates ut olim quem rapuit Deus,
 Flamma quadrigis undique lucidis,
 Postquam retorta uestis icetas
 Verbere dissociasset undas.
 Qui celsa cœli nubila permeans,
 Ductusq; diuum numine, spiritum
 Mæroris æstu fluctuant
 Discipulo duplarem reliquit.
 At non recedens tu mihi spiritum
 PINELLE linquis. Quin potius meam
 (Fides dolori si qua danda est)
 Tecum animam super astral tollis.

HEN^A

127

HENRICI BEN. THEI ANGLI.

MVsis amicum nomen, inertiae
Ritu sepulta, non tacito feret
Latere plectro, qui srorum
Docta nouem sacer. ora Phæbus
Libeth video gurgite proliuit:
Nec fas micantes sub tumulum faces
Virtutis abdidisse; nec fas
Ingenuos meritorum honores
Obliviones carpere liuidas,
Impune. Stabit dum Claria decus
Phæbus caterua sub virenti
Plectra mquens Heliconis umbrâ,
Amica Phæbo nomina candidâ
Stabunt PINELLI, sculpta simul nota
Notâ perenni: nec rigentes
Marmoreo tituli triumpho
Aut ære durant, qualiter inclytis
Inscripta si quos Delphica litteris
Laureta seruabunt, futuro
Mnemosydom memoranda factio
Et me canori per iuga Cynthius
Amæna collis duxit; & inclytos
Edixit aeternis merentum
Carminibus celebrare fastos.
Fæcunda docto nostra PINELLO
Sensere se se tempora, quem sibi
Cinxere naſcentem benigna
Fronde sua puerum forores.

*Phœbum & Camænas inter, ad ultimum
Hinc usque vita quod fuerat fuit:*

*Princepsq. Mæcenasq. vatuum
Et Claria Deus alter umbra.*

*Nunc quæ disertis gloria vatisbus,
Vitaq. functis vita manet bonis,*

*Hanc Phœbus adiunctaq. Phœbo
Castalia referunt Camæna.*



IOAN-

IOANNIS BOTERI
AD IOANNEM VINCENTIVM
PINELLVM SYLVA, CVI TITVLVS,
OTIVM HONORATVM.

EX LIBRO DE REGIA SAPIENTIA.

NVNC scribenda, super genibus, mihi carmina tanda.
Debita PINELLO. docta præstò esse sorores.
Huc & aues latis hilarantes cantibus auræ,
Et zephyrus placidis demulcens ora flabellis,
Inuitant, condensa umbras coryleta miriflant,
Et riuus gelidis argenteus adfluit undis:
Et memoranda viri foret alta Æneide virtus.
Omnipotens rerum genitor mortalibus egris
Inseruit, sparsitq; inter præcordia, flamas;
E queis mirus amor fame, atque immensa cupido.
Terrigenum mentes stellanti attollit olympos.
Prædulci laudis studio, immortaliter omne
Raptatur mortale genus: pueriq; senesq;
Laudem adamant; laude exquirunt matresq; viriq;
At non una placet cunctis via. plurima certat
Turba armis, studiisq; feri clare/cere Martis.
Pellens iuuenis, leta inter nuncia, plorat
Nil sibi vincendum, fortia genitore relinquisti
Undecies centena hominum se millia Cæsar
Iactauit rapido mississe in Tartara ferro.
Prater ciuilis bella illaudata furoris.
Tantus amor fame armorum virtute parande.
Pars, cui obstat gelidus circum præcordia sanguis.
Castra odit, tristesq; tubas, fauosaq; tumultus:
Tendit at urbanas calos tollere rebus.

*Artibus his Cicero, Romana his Lalius urbe,
Exemere olim informi sua nomina vulgo.*

*Plerosque, ingenij audaciis pernicibus alis,
Confisos, inuenta iuuat sua credere luci,
Doctorum latè manibus versanda virorum.
Scriptorum hinc est omne genus, qui prælia Regum
Tristia, qui terrarum oras, qui sidera celi
Describunt, radioq; notant, causasq; latentis
Natura ante oculos ponunt, a persa nitentis
Splendore eloquij; neque enim tibi fæda probari
Scripta putem, tetra illuie, cecisq; tenebris.*

*Deniq; quotquot auent dulci quoque viuere fama.
Tentare ac moliri aliquid conantur & ardent
Egregium, ventura ferant quod secla nepotum
Laudibus. Hi viuos ducunt de marmore vultus;
Pyramidum hi miras tollunt ad sidera moles.
Hanc visum cœlo mortalibus addere curam,
Hos stimulos, qui si cessent, languescere cernas
Omnia. Præduriis horrebunt sentibus arua;
Deseret alma Ceres campos, collesq; Lyæus;
Nulla artes, nulli florebunt denique mores.*

*Cornipedem acere que ferrato calce fatigat.
In cursumq; adigit: sinuoso carbasæ Coro
Impellente, secant Neptuni carula naues.
G L O R I A dia homines acuit, stimulosq; sub imo
Pectore vertit agens. His, eeu calcaribus, acti
Temnunt cœli iras, ponti discrimina temnunt:
Et dulcis patriæ obliiti, oblitig; suorum,
Atque sui, in fluctus, in tela feruntur, & ignes.*

*Tu solus laudem assequeris PINELLÆ sedenda,
Comprehendisq; manu, quam vix attinazere cursu.
Vix alij remis, atque aura prendere possunt.*

Quid

Quid causa esse rear? non sat sententia constat.
 An quia pernici fugientes illa volatu
 Sponte sua sequitur, nitidisq; amplectitur alis.
 Atque eadem cupidos motis fugit aua pennis.
 Ignosq; sinit Stygiis fluitare sub vndis?
 An quia non nullis ipso contingit ab ortu,
 Ut cari, clariq; hominum celebrentur amicis
 Plausibus ac votis, siue id felicia caeli
 Sidera, diuino nutu, siue oris honores
 Efficient, habitusue aliquis, naturaq; multis
 Affinis, similisq; & amori nata serendo?
 Praetara ambitio! quod cunctis proficit, & obfit
 Omnino nulli, atque omnis virtutis, & artis
 Ingenua studiis vigeatq; & floreat unum?

Hac causa est, ni me penitus sententia fallit,
 Hac seges, hi laudum fontes, hoc semita, qua te
 Sublimem monstrat, qua se via lactea ducit.
 Arte hactantum alios superas, infrag; relinquis,
 Quantum ulmi corylis, quantum ulmis Herculis ar-
 Herculeis syluis abies altissima præstat. (bor.

Alcum alij teneant, pelagoq; ferantur aperto,
 Credant vela Notis, credant Aquilonibus atris:
 Per medias Syrtes, Siculiq; pericula ponti:
 Per concurrentes rapidis Symplegadas vndis,
 Tendere iter, cursumq; iuuet, neque fœta procellis
 Saxa reformident; ausint tentare Maleam,
 Ausint infames, saua Acroceraunia, rupes.
 Tuta tibi ac tranquilla placent, & nefcia fluctus.

Veltibi nobilitas, titulis insignis auorum,
 (Nam quis Pinellos nefcit? Genua ipsa, superba
 Si licet, in primis numerat vos gentibus ulro)
 Veltibi opes, fratresq; opibus belloq; potentes;

*Vel quia diuini contemnis more Biantis
Non tua) tergeminos excelsa parasset honores
Virtus, & digna imperiis, & digna tyaris.
At res humanas pendenti vilia cuncta
Visa tibi, prater pacata gaudia mentis:
Gaudia diuitiis Phrygij meliora tyranni.*

*Cetera vel ferro deleta, vel ignibus hausta,
Fulmine vel tacta intereunt, vel lapsa feruntur
Sponte sua, in praecipsg, ruunt, & victa fatiscunt.
Cuncta ruunt, firmumq, nihil tegit arduus aether.*

*Qualiter Oebalij studio rosa culta coloni,
Sole oriente rubet, pallescit sole cadente,
Talis vita hominum. Fluit, ac mutatur in horas;
Et nunc stagna secat Zephyris tranquilla secundis:
Nunc afflcta vadis, aut duris cautibus haret.*

*Nonne vides quam dira lues, & fæda repente
Tempestas, Venetum florentem inuaserit urbem?
Ut nunc mesta sedet pelagi Regina frementis,
Tonsa comam, lacerata genas, percussaq, palmis.
Pectora, natorum aspectans infanda suorum
Funera? cælicolas votis prostrata fatigat,
Astra ferit clamore, undas manantibus auget
Fletibus. Ipsa etiam cautes, ipsa equora, quanquam
Saeva, gemunt, dominam tantos haurire dolores.*

*Ecce aliquis, Cererem missus Bacchumq, parare
Adfert pro victu virus. Coniuia luctu
Turbantur, dum lata alibi connubia iungunt.
Dum saltus dant, & tacta testudine plaudunt,
Ecce cadit, subita morte, immatura puella,
Et sponsum pheretro mutat, talamosq, sepulchros:
Atque aliquis veterem tandem complexus amicum,
Qscula dum figit misero, letale venenum*

Inphi-

Inspirat, (res mira) cadit qui peste carebat.
 Vixit is, in cuius latitabat mersa medullis.
 Urbem alius trepidè fugiens, pestem hausit in ipsa
 Aut cymba aut rheda. Crebro quod rere salubre.
 Mortiferum est. Mens cæca hominum, atque ignara futuri.
 Coniugis ante pedes coniux procumbit, & ipsum.
 Attonitum casu, letalibus afficit auris.
 Eudunt famuli, natique, & sola relinquunt
 Tecta fuga, trepidatq; metu vicinia tota.
 Non aliter, quam cum cælo graue fulmen ab alto
 Finitimæ tetigit flammis ardentibus ædes.
 Ex ipso infælix suxit puer ubere mortem,
 Mortem ager tepido inclusam medicamine suxit.
 Funera funeribus cumulantur, mortua viuis
 Corporibus permixta iacent: inuenta magistros
 Deficiunt; nec iam villa facit decreta Senatus:
 Tantum orat, supplexq; manus ad sidera tendit.
 Interea crescit virus, lateq; vagatur:
 Non sacer à genero, non hospes ab hospite tutus.
 Si qui tabificum forte euasere venenum,
 Illos certa domant iciunia: squalida pallent
 Ora fame, & rigidis hærent vix ossibus artus:
 Genua labant miseris. Complexæ pignora matres
 Expirant animas: trepidi clausere tabernas
 Artifices; pendent opera imperfecta per urbem.
 Quid multa? urbs Itala decus, & clarissima gentis
 Gloria, tot grauida imperiis, tot clara triumphis,
 Vel Parthis, Scythiaeq; iacet miseranda tyranno.
 O hominum tenui quam pendent omnia filo.
 I nunc, tolle animos, & rebus crede secundis.
 Nec vero (ut video) credis fidisue, nec omni
 Committis, nimium cupidus, tua carba sa vento.

Cura tibi egreziis animum completere capacem
 Doctrinis, nomenq; tuum secernere vulgo,
 Laudibus ingenij : queis haud secus vndeque flores,
 Quam variis late pubescens floribus hortus,
 Fæcundo quem terra solo, quem Dædala multa
 Arte manus coluit, mites qua surgit in auras.
 Pausiflypus, clarus Sinceri carmine collis.
 Eloquij vis nota tibi, seu tollere cœlo
 Magnanimū res, ac decora immortalia Regum,
 Seu placare feros, seu mens impellere segnes,
 Seu retinere hilari caros sermone sodates.
 Nunc ruis, ut mixtus tonitruq; & grandine nimbus,
 Nunc tanquam infusus pratis florentibus amnis;
 Nunc velut æstiuo percussus sydere riuus.
 Seu Romana rapit, seu te facundia Graium,
 Letantur veterum manes, animaq; virorum.
 Seu te Hispana trahit forte altilloquentia, seu te
 Gallica mollities, seu te sermonis Hetrusci
 Mundities splendorq; iuuat, tibi tempora necet
 Fronde Arnus merita, Rhodanusq; & diues Iberus.
 Nimirum non forte volant tibi inania verba;
 Verba sed è pleno manata pectora veri.
 Natura tibi mersa patent arcana tenebris,
 Quæ vis materie, partes infusa per omnes.
 Instabili varias iungat sibi fædere formas,
 Quamque habet excutiat, quam non habet, expetat ultra.
 Inconstans, nullaq; colat connubia lege,
 Qualis adulteriis infamis femina crebris.
 Sitne eadem stellis gemmantibus, atque caducis
 Rebus materies late subiecta? quid astris
 Debeat inferior moles, atque ipsa voluntas?
 Sit ne aliquid præter lumen, quo Phæbus & orbes

Actha

*Aetherei affiant ignem, mare, nubila, terras.
 Et quæ mixta gerunt ignem, mare, nubila, terras.
 Quæ nam causa sali spumantis conciet æstus
 Tam varios? neque enim Siculi freta feruida ponti,
 Et Gessoriaci motu turbantur eodem.
 Et mare ab Euxino Aegeum quod manat in æquor.
 Sic fluit, ut nunquam conuersis refluat vndis.
 At vero Herculeas fauces quod verbere plangit.
 Sic fluit, ut semper conuersis refluat vndis.
 Adde quòd occasus solis petit æquor Eoum,
 Occiduumq; ortus. Dariena hinc littus, & inde
 Percussa resonat tellure, atque astra lassifit.
 Quodque milti auditu mirum accidit atq; aspectu,
 Cerula dum Venetis rapior per stagna phaselis.
 Septima cum caelo sese luna extulit alto,
 Atque octaua, iacent maria, atq; immota recumbunt.
 Et nonæ incipiunt rursus feruere sub ortum.
 Qua ratio cur tam varij tibi Cynthia vulcus.
 Tam varij cursus errantibus aethere flammis?
 Cum te orbes supra positi voluantq; rotentq;.
 Cur nil ipse moues spheras Saturne minores?
 Quanta adhibenda fides Chaldeis, quanta futuros
 Aeris incerti motus audentibus olim
 Descripsisse, velut prognata oracula Delphis,
 Ortaue Chaoniis in sylvis? talia nemo
 Euocet aetherias melius te lucis in oras.
 Quid virtus sit, quid vitium, quis terminus ultra
 Quem ne queat pulchrum, nequeat consistere rectum.
 Quis finis, quò res omnes referantur, & ipse
 Haud usquam. Quo sint virtutes fædere nexæ;
 Quid reliquis tribvit prudentia dia, quid isti
 Contra illa referant, hæc tu altis fontibus hauris,*

Fæcundasq; tuos ingenti gurgite campos.

Qua ratione urbes frenande, atque arte regende,
A te utinam tandem tua discere patria posset.

Consiliis parere tuis prestantibus illa

Si posset, felix belloq; & pace vigeret,

Libertate domi, fortis inclita Marte superbo.

Non Regum nutus agra obseruaret, at ingens

Viribus, & terras frenaret, & aquoris undis

Iura daret, Cypri Reges, Syriaq; feracis:

Horrerent Ligurum classes, Thracumq; tyranni,

Rufus & Aegeum, Genuam, Euxinumq; per aquor.

Multa cauis Genuam resonaret rupibus Echo.

Nunc iacet, heu dum bella gerit ciuilia, & amens

In sua districtum conuerit viscera ferrum.

Tu, quoniam spes nulla, premis sub corde dolorem.

Iam quid Cæsareas leges? quid iura priorum

Pontificum memorem tibi nota? quid abdita cœlit?

Natura ut triplex subsistat hypostasis una,

Compleat immensum ut diuinus spiritus orbem,

Omnimole carens, atque omnis corporis expers:

Quæ vis tanta unde, ut corpus contingat, & agra

Detergat menti labes, & vulnera sanet?

Quæ Stygio vis tanta igni, ut percellat & urat

Infectos vitiis animos, & criminè nexos?

Omnia si memorare velim, sol fessus anhelos

Oceano demittet equos, & dicere stultum est.

Omnino, quæ cuique oculis cognoscere promptum est.

Non ita tu sophiam tamen amplexaris, & artes.

Gracia quas peperit nobis, & maxima Roma,

Vt fugiat te quid rerum toto orbe geratur

Interea. Mundum ingenio complectaris omnem,

Gallia quid paritura noui? quem Belgica tandem

Belli

Belli habitura modum? quem discors Sarmata Regem?
 Quid nunquam maturat Iber? qua cogitat arte
 Romanus firmare pater, queis viribus agras
 Christatum res, & Parthos arcere furentes?
 Cretané, an Melita tempestas horrida, que nunc
 Infestis Thracum fremit atque horreficit ab oris.
 Impendet? Cæsar trepidam munire Viennam
 Apparat, an Budam premere & vexare frementem?
 Hoc melius quam tu, magni haud nouere Tyranni.
 Inde gerendarum præsto experientia rerum:
 Tanta tibi, seu de belli ratione mouendi,
 Seu de pace graues edifferis inter amicos,
 Conticuere omnes intentisq; auribus harent.

Nec verò te sola iuuat prudentia rerum,
 Mōribus hanc pura niue candidioribus ornas,
 Nutantemq; ex se, virtutum robore firmas.
 Ac veluti Regem meditatus forte magister
 Aemathium Cou, sic lumina miscet, & umbras,
 Sic oculos, sic arte manus, sic temperat ora,
 Ut caueat ne sit præclarior illa colorum
 Munere, quam laude ingenij, manuumq; labore.
 Haud aliter mira instituens tu ducere vitam
 Illustrem ratione, caues præstantius almis
 Virtutum titulis, ne quid miremur in illa.

In primis vero divina M O D E S T I A visa,
 Cui numero ex omni dicas, qua dicere amantes
 Verba solent, misericordium heu iam nota puellis.
 Hanc tibi connubio sociasti: hanc pectore toto
 Haussisti, hanc geris ore, oculis hanc lenibus apte
 Exprimis, hec animi motus, hec corporis omnes.
 Immissis pressisq; velut moderatur habenis.
 Huius ope, humana media inter crimina vita,
 Et rerum varios motus, hominumq; labores,

*Totq; viros, gente ex omni, tua limina vulgo,
Mellifica ut volucres fului pratoria Regis,
Qui celebrant, purum labis trahis integer auum.*

*Qualis Sarmatici tranquilla Borysthenis vnda
Tendit inoffensos, olei immersabilis instar,
Per torrentem Hypanim cursus, terrumq; per amnem
Illimes tutatur aquas, ac lene fluentes;*

*Qualis & occiduis Libya flagrantis ab oris,
Haud olim Hesperis ignotus classibus amnis.
Carmanos siquando petunt, Serasue reposos,
Millia per decies sena, altum excurrit in aquor.
Sic ut aquas nullus pelagi contristet amaror.
Talis tu pelago felix versaris in ista,
Mortalis vita illecebris intactus, & agri,
Sic quasi agens aliud, vitas contagia sceli.*

*Quod si audire aliquid cœufit, tibi forte necesse
Si quid amicorum causis impendere cura,
(Et quis amicitias coluit studiosius, aut quis
Aut opera, aut auro socios plus iuuit egentes?)*

*Quod Peneus facit ipse facis. Quæ Thessala Tempe
Perpetua herbosivestit clementia veris,*

*Euroton exceptum, sed non (mirere) receptum,
Transportat Peneus, vitro nitidissimus amne.*

*Liuentem, piceoq; undas horrore nigrantem,
Certum per spatiū, donec se eiecerit ultrò.*

Ipse suos peragit liquenti gurgite cursus,

*Non te vexat amor fului insatiabilis auri,
Contentum modico. non ante more, nec arte*

Seruili, teque indigna, venaris honores,

Premia virtutis. Non te importuna cupido.

Stultaue credulitas, abducit tramite rectio.

Sat te sola beat moderata gloria mentis.

Non solum paribus PINELLE impendis honorem,

Exteriorq; loco cedis, dicens salutem,
 Appellasq; prior, verum omni parte minores.
 Sponte gradum conferre, paresq; incedere cogis.
 Nec magis extenuat quisquam sua, nec magis aliè
 Fert aliena: haud ut tamen admireris, & ornes
 Indigna, & cygni plumas affingere coruo.
 Te iuuet, aut falsis blandiri vocibus ulli.
 Seruile est mulcere aures, blandumq; sonare.
 Turpe, ut amicitias veneris, prodere verum.
 Recta virum & sincera decent, ac nescia fuci.

Extrema Aethiopum fertur regione tepentum
 Mons humeros inferre polo, atque accedere cælo.
 Sic ut nulli agitent immota cacumina nymbi.
 Vere sed aeterno vigeant, & sole nitenti,
 Insanas hyemes, fremitumq; Aquilonis, & Austri
 Audit sub pedibus, motura & fulmina gentes.
 Largificosq; imbres, tempestatesq; sonoras.
 Haud aliter tu (qua magna indulgentia Christi est)
 Intentus cælo, atque animi inuariabilis alta
 Pace fruens, vita speciem hanc, & fumea rerum
 Lumina, quæ multorum oculis tam leta videntur.
 Ceteraq; incerti rides miracula vulgi.
 Usque adeo sedit tibi amica modestia cordi.
 Hac magnas inter laus est tua maxima laudes:
 Ut varios inter pidi rosâ veris honores,
 Quos placidas iactat Chloris, spargitq; per auras.
 Non igitur mirum, si tot tibi iungis amicos,
 Ingeniis, nec non illustri sanguine claros.
 Pene omni de gente. Tagus quos turbidus auro,
 Quos oleis vestitus Anas, quos Rhenus apricis
 Vinetis, quos lensus Arar, quos Vistula precepis.
 Quos modicis Sebetus aquis, quos gurgite vasto
 Proluit Eridanus, celebrant tua tecta frequentes.

Qualiter Assyria rutilum Phœnica volucres.

*Quinetiam hinc Ligurum princeps urbs, nobilis inde
Parthenope, certant inter se acriter, utra*

Te ciuem, natumq; suum sibi vendicet olim:

Nec vero Patauina nihil conetur, & ausit

(Quamquam heu fessa malis) tanto pro nomine sedes.

Nimirum, non sic affinis pondera ferri

Allicit ad se magnes, aut lumina primo

Mane dies, virtus ut, sole nitentior ipso,

Ignotos notosq; trahit, iungitq; volentes.

Atque ea præcipue, quare ipse excellis in omni.

Hinc amor, & laudum tanta argumenta tuarum.

Hinc decora egregia, hinc oti florentis honores.

Quos quanquam ingenti virtute tueris, & auges,

Haud virtute tamen temnis PINELLE minori,

Immo eadem penitus; nimirum ea gloria demum est,

Non qua hominum ex sensu, verum ipso à numine pendet.

Cætera more niuis, primo languentis Eoo,

Labuntur, tenues sensim disiecta per auras:

Gratia, amicitia, atque aggesta talenta talentis,

Et demum quidquid vulgus miratur ineptum.

Filius ille patris summi, qui missus ab astris,

Vitam morte sua nobis dedit, alitis instar,

Qui pascit charos, per fozzo pectore fætus;

Humanas quam tempfit opes, quam tempfit honores,

Quam populi plausus? urbem cum posset, & orbem

Frenare imperiis, atque omnia regna trophyis

Insignire suis, famamq; extendere factis,

Vitam ignotus, egens, exegit, proditus hosti.

Raptatus, vincitusq; manus, casusq; flagellis,

Heu niueos artus! Quis cætera carmine tentet,

Soluere que in lachrimas possint, gemitusq; colubros,

Et tibi sunt imis percepta, & fixa medullis?

INDEX.

INDEX

**IN VITAM IOHANNIS
VINCENTII PINELLI**

A.

A bas Rauascheritus.	pag. 113
Abstinentia Ioh. Vincentij.	
	96.
Academie privata Parauinae.	87
Academia Olympica Vicetina.	88
Adiutorii.	81
Adhortatio ad honorū librorum sapientiales.	112
Aemilius Campolongus.	117
Agapitus Grillus.	93
Alexander Granella.	45
Alexander Oliua Cardinalis.	45
Alexander Parma Dux.	36
Aloysius Oricellarius.	64
Alphonsus II. Atest. Ferrariae Dux.	19
Alphonsus Sotus.	15. 118
Alnalthæi Patauini.	73
Ambitionis & ostentationis aceritatem hostis Ioh. Vincentius.	87
Andreas Auria.	9
Annulus Signatorius Ioh. Vincentij.	
	14.
Antonius Gueuara.	6
Antonius Perenotus Card. Granuelanus.	33
Antonius Persius.	48
Antonius Possevinus.	38. 45
Antonius Querengus.	35. 36
Apollinis Delphici responsum.	17. 18
Archiepiscopus Barensis.	92
Augustinus Iustinianus.	45

Augustinus Valerius Cardinalis.	17
Aulicorum & ambitiosorum infelicitas.	68

B.

B arifoni fratres.	45
Bartholomæus Maranta.	5. 10. 11
Basilius Magnus.	87
Benedictus Georgius Patric. Venerus.	
	117.
Benedictus Octavianus.	51
Benevolentia Ioh. Vinc. erga suos.	43
Bibliotheca eiusdem numerusque librorum.	25
Ornamentis variis insignis.	26
Magno ordine disposita.	27. 28. 29
Paulo Aicardo commendata.	56
Bibliotheca Cosmi Pinelli ampliss.	114
Bibliothecam nobilissimam instruit Fredericus Berromæus Card.	121. 122
Bibliothecę Pinellianam miserabiles fastigia.	109. 110. 111. 112. 122
Bibliotheca Pisauensis Ducis Urbini.	
	30
Bibliotheca selecta Pauli Aicardi.	63
Biscioli, fratres.	45
Bona vera quæ.	509
Bononia.	71
Borromæus iun. Card.	19. 39

C.

C æsar Baronius Cardinalis.	19
Cæsar Benedictus Episcopus Pisauensis.	17

S 3

Cæsar

I N D E X.

Cæsar Nichesola.	66.92.100.122	Laudes eiusdem.	98.171.118
Cæsar Pinellus.	70.104.105.109.112. 120	Profectio Genuensis cum uxore & liberis.	114
C. Liuius Drusus.	76	Genuæ exceptus magno apparatu. ibid.	
Camillus Frascatius.	103	Mediolano Venetas pergit.	ibid.
Capuæ Archiepiscopatum renuit Ioh. Vincentius.	86	Patauio Venetas se contulit.	115
Carolus Cardinal. Borromæus.	122	Ibi per honorifice exceptus.	115. 116
Carolus Clusius.	38.55.72	Morbus, testamentum, mors eius- dem.	116.117.118
Carolus Sigonius.	34.37.38	Mors illius grande vulnus inflixit do- mesticæ rei, &	120
Carolus Teatius.	28.94	multas offudit Pinellianæ vita te- nebras.	123
Cicero quām fuerit spectaculorum in- curiosus.	90	Curiositas in Ioh. Vincentio qualis.	88
Claudius Puteanus.	36	D.	
Clemens VIII. Pont. max. quo an- no Ferrariam profectus.	19	Dicta & monita selectiora Iohan. Vincentij.	76.77.78.79
Romanus Ioh. Vincentiū inuitat.	85	Diligentia eiusdem in perquirendis li- bris.	24.26
Clementia Rauscheria Ioh. Vincen- tij mater.	6	Dominicus Pinellus Cardinalis.	4.
Clementis Alexandrini dictum.	79	18. 94. 113	
Constantia Fulgosia nobilis matrona.	87	Donatus Ianoctius.	76
Constantiæ laus.	81	E.	
Constantinus Patricius.	52	Ecclesiastica munera quantis mo- lestiis sint obnoxia.	86
Conuiuiorum & chorearum celebri- taatem fugiebat Ioh. Vincentius.	88	Edmundus Bruzius Anglus.	43
Cosmus Pinellus Io. Vincentij pater.	5	Eleemosynæ à Ioh. Vincentio è largite- 93. 84	
Cur Genua profectus sit Neapo- lim.	ibid.	Eleutherij Mirabelij testimonium de familia Pinella.	3
Laudatur à Maranta & à Folieta. ib.		Ennius poëta sententiaz.	30. 64
amplæ illius diuitiæ.	7	Ennius conditus in sepulchro Scipio- num.	115
eiusdem obitus & testamentū.	ibid.	Eycius Puteanus.	52.53
Cosmus Pinellus iunior, Galeatij filius.	9.70.109.112	Existimationis propriæ, & familiarium suorum defensor Ioh. Vincentius.	83
comparauit à rege Hispaniarū ma- gni Cancellarij Neapolitanæ digni- tatem.	9	Face-	
Imago eiusdem.	99		

F.

- F**Acetè dictum Joh. Vincentij in extrema vita. 103
Familiarium suorum cura. 49
Fanusius Campanus de familiis illustribus Italiz, liber nondum editus. 3
Ferdinandus Imperatus. 39
Ferdinandi regis Catholici observatione. 51
Ferraria ditioni ecclesiasticae restituta. 19.89
Firmana colonia. 111
Flandriæ Comitum matrimonium. 89
Fortori portus in Apulia. 111
Franciscus Accursius. 52
Franciscus Apollodor^o nobilis pictor. 99
Franciscus Fortecchia. 45
Franciscus Maria Vrbini Dux. 40
Fulvius Vrsinus. 41

G.

- G**abriel Scluagus. 80
Gabriel Fallopius. 14
Galeatus Pinellus primogenitus Cosimi senioris ad bellicam gloriam adspirauit. 7.8
Laudatus à Folietta. 8
Philippo II. Hispaniarum regis charus & ab eodem titulo Marchionatus exornatus. ibid.
 ab eodem rege Dux Acheruntinus declaratus. ibid.
 polytropia delectatus. ibid. & p. 9
 eiusdem mors. 9
Galeatus Cosmi iunioris filius. 114
Galeatij filii Cosmi iunioris pietas in matrem. 119

eiusdem nobile omen.	120
Galiardi, fratres.	45
Galileus Galileius.	29.115
Galus nobilis Mediolani periclitans in gratiam Ioh. Vincentij liber dismissus.	92.93
Gasparis Contareni Card. dictum.	86
Genio indulgere circa studia nil utilius.	17
Genio sinistro, & intuta Minerua agerre, nil peius.	ibid.
Genuam patriam agnoscet, nō Neapolim Ioh. Vincentius.	86
Genuz laudes.	87
Gorgias Leontinus auctor extemporalis eloquentie.	21
Gratia Maria Gratius.	122
Gregorius Nazianzenus.	55.87
Guidus Vbaidus è Marchionib. Montis.	17
Guidus Panciroius.	36
Guilelmus Sirletus Cardinalis.	59
H.	
Hercules Saxonia.	117
Hieronymi Aleandri ianioris carmina.	73.74.75
Hieronymus Cardanus.	73
Hieronymus Fabricius ab Aquapendente.	103.117
Hieronymus Mercurialis. 21.34.-35.55.56	
Hieronymus Seripandus Card.	15
Hieron. Velus Episc. Larinâs.	111
Hippolytus Aldobrandinus qui postea Clemens VIII. Pont. max.	11
Horatius Cornacchinius.	35
Horatius Marciarius Episcopus.	112
Hospitalitas Ioh. Vincentij.	95
S 4	Iaco-

I N D E X

I.

Acobus Davy Card. Peronæ D.	58	tur.	25.26
Iacobus Maynoldus.	92	Iteratas librorum editiones cum pri- mis conferebat.	27
Iacobus Menochius.	ibid.	Quibus libéter libros commodabat, & quibus difficilē sē præbebat.	30
Iason Denores.	93	Nomen ipsius inscriptum in omnibus penē nostræ etatis optimis librīs.	37
Icones illustrium virorum apud Ioh. Vincent.	72	Arbiter in Gymnasio Patauino con- trouerſiatū virorum litteratorū.	41
Ildoualdus VI. rex Gothorum ortus ex familia Pinella.	3	Charissimus Venetis ingenuis & litte- ratis.	42
Illitterati quādo litteratis sint præpo- nendi.	44	Vtrū aliquod opus cōposuerit.	48.49
Imago Ioh. Vincentij à litteratis expe- tita.	100	Neapolim proficisciuntur.	56
Infirma eiusdem valetudo.	95	quām ægrē tulerit Pauli Aicardi mor- tem.	68
Innocentij VIII. Summi Pont. auia Pinellorum gentilis.	4	cultus circa vestitum & ornatum do- mesticunt.	72
Insipientis animus plurimis fluctua- tōnibus agitatus.	82	corporis habitus & valetudo.	75.76
Integritas morum Ioh. Vincentij.	87	ad eruendam veritatem alicuius ru- moris quomodo se gerebat.	79.80
Ioh. Vincentij Pinelli, natiuitas, pater, mater, fratres, & id.	5.6	Ita aduersis & quē fortis, acin secundis temperans.	96
à ceteris fratribus in summo hono- re habitus.		Inuenta eiusdem ad refellendas mole- stias morbi cogitationes.	97
arbiter in fratribus & affiniū discor- diis.	ibid.	Quām difficile sē p̄ebuerit eius ima- ginem petentibus.	99
profectus eiusdem in scientiis.	16.	Dies eius obitus.	103
II.21		Funus eiusdem.	106
quo anno Patauium venit.	14	In vesica lapides.	14 deprehensi. ibid.
quot annos in ea vrbe vixit.	18	Iohannes Aldobrandinus Card.	17
ab Italīs & exteris officiosè obser- vatus.	ibid.	Iohannes Coresius.	52
à Cardinalibus & insigniorib. viris visitatus.	19	Iohannes Franciscus Musatus.	20
multarum linguartum peritissimus.		Iohannes Paulus Vernalio, Ioh. Vin- centij Præceptor.	10
20		Iohannes Picus Mirandulanus.	17.84
Profectio eiusdem ad Conciliū Tri- dentinum.	ibid.	Iohannes Simon Caracciolus.	6
si ex vniuersa Europa libri mittun-		Iosephus Moletius.	29
		Iosephus Scaliger.	39.73
		Julia-	

Julianum oppidum à Cosmo Pinello	
seniore emptum, & regiè instructū.	
7.114	
Julianus Medices.	48
Julius Negronus,	45
Julius Pinellus.	70
Julius Sangrius.	120
Iurisconsultorū libri in pretio qui.	25
Iustus Lipsius.	19. 52. 53. 54. 55
Iuuenalis dictum de Demosthene.	18
L.	
Laetantij dictum.	1
Laurentius Pignori.	26. 68. 69. 117
Laurentius Tertius.	45
Leonardus Sgutta.	52
Leo XI. Pont. max.	48
Liberalitas Ioh. Vincentij.	91
Liberalitas vera quæz.	92. 93. 94. 95
Librorum lectio quam utilitatem affe- rat.	8. 9
Librorum speciosis titulis fides non habenda.	26
Librorum strues affectare ostentatio- nis gratia quam sit ridiculum.	64
Librorum manuscriptorum Ioh. Vin- centij quot capsæ.	110
Litteratorum hominum varij fines, & quis illorum optimus.	1. 2
Litterati improbi cacodæmonibus æ- quiparantur.	44
Litteratorum luctus & mœror, pro- pter mortē Ioh. Vincentij.	106. 107
Eisdem litteratis maximum detrimen- tum.	108. 113
Liua Cosmi Pinelli iun. filiola.	114
Liua Squarciafica, vxor Galeatij Pi- nelli, & ampla eiusdem dos.	8
Ludouicus Septalius.	38

M.	
Marcus Antonius Genua.	16
Marc. Bragadenus Cyprius Chy- mista.	90
Marcus Cornelius Episcopus Patau- nus.	33. 58. 61. 107. 112
Marcus Velserus Duumuit Augu- stus.	14. 100
Maria Angelus Accursius.	52
Mariam Virginem deuotissimè cole- bat Ioh. Vincentius.	102
Maurocenæ Grimanç inauguratio.	90
Matthias Lobelius.	73
Medicorum nimia familiaritas sæpe nocet.	96
Meditatio mortis Ioh. Vincentij.	102
Melchior Gailandinus.	58
Methodus Ioh. Vincentij in conscri- bendis epistolis ad amicos.	22. 23
Michael Sophianus.	52
Modestia Ioh. Vincentij.	82. 83
Mons Silicis oppidū agri Patauini.	57
Monumentū pulcherrimū designatur à Cosmo iuniore Ioh. Vincentio, & Aicardo.	114. 115
euancescit cum ipsius Cosmi morte.	118
122	
construere ipsum cogitant Nichesola, Oliuetus, & Gualdus.	ibid. & 123
Mors bacchatur in bonos.	67
Mos mulierum Neapolitanarum in funere virorum.	119
Munus legendi in Gymnasio Patauino qua de causa refutauerit Aicard.	60
Musatum ianuæ candidæ & apertæ.	77
Musices laus.	11
Mutuum poscentibus quem se præsti- terit Ioh. Vincentius.	94
Nayplus	

I N D E X.

N.

- N**ayplus appellant Hispani Neapolim, ut summam illius excellentiam ostendant. ⁴
Neapolis urbs multis encomiis celebrata. ^{ibid.}
Neronis nummus singularis, Laurerij Pignorij cōmentario illustratus. ²⁶
Nicasius Ellebodus. ⁵²
Nicolaus Fabricius Gallus. ¹⁰⁸
Nicolaus de Ponte, Dux Venetiorū. ⁷⁶
Nicolaus Primus, Patric. Epidauri. ⁷²
Nicoletta Grilla, Ducissā Achieruntina. ⁹³
eiudem summae laudes. ¹¹⁶
epistola ipsius ad matrem de Venetorum splendida hospitalitate. ibid.
eiudem mētissimæ iachymæ. ¹¹⁹

O.

- O**crauius Cardinalis Bandinus. ¹¹²
Octauius Card. Parauieinus. ¹²¹
Octauius Sanmarcus. ²
Oedipus Sophoclis, regio apparatus Vicetiz recitatus. ⁸⁸
Ordinis laus. ³⁴
Ordo circa pecuniarum numerationem Ioh. Vincentij. ³²

P.

- P**Acis & cōcordiæ studiosus fuit Ioh. Vincentias. ⁴⁷
Patauinum gymnasium. ¹²
Patauij laudes. ⁷⁶
Patauij cur aduenæ libenter commorentur. ^{ibid. & 71}
Patauinæ clementia. ⁷²
Patauina libertas commendata & expetita. ^{71.72}

Patauini libenter recipiſſent Ioh. Vinc-	86
centium in suam ciuitatem.	86
Patauinæ priuatæ Academiæ.	87
Pauli Aicardi vira, ſcietia, & virtutes.	55
eiusdem morbus, mors, & testamentum.	65
Paulus Comitolus.	45
Pauli Gualdi incomparabilis iactura propter morte Ioh. Vinc. 105.107.108	108
Paulus Manutius, 2.15.16.25.52.55.86	86
Paulus Tagius.	3
Peregrinandi utilitas.	9
Peregrinanum prudentia.	77
Pestilentia Patauium & Venetias per- uafit.	56
Petrus Pitens.	38
Phasmater gemini Solis.	37
Philippus de Monte, musicus.	12
Philippus Plegafe &c.	83.84
Philosophiæ & humaniorum studioi laus.	13
Pinellæ familiæ viri ſemper in reipub.	4
Genuensi ad ſummos honores euerati.	4
Pinella gens quam antiqua in republ.	4
Genuenſi.	86
Pinellæ gentis ſumma nobilitas & antiquitas.	3
Pinelliana vita explicata ſine fuco & fallacia.	123
Pinellianæ vitæ diuifio.	9
Pinellorum familia honestata plurimi priuilegiis.	4
Plinij junioris dicta.	40 62
Plutarchus de Solone.	47
Principum virorum consuetudo ſepe pernitiofa.	86
Prudentiæ laus, & quaꝝ ſit vera pruden-	14
tia.	

Prin-

I N D E X.

Prudentia, non versutia laudatur. 77
Ptolemaeus Oliuetus. 91.66.122

Q.
• Fabius maximus. 76

R.
Anutius Parmæ Dux. 36
Reginæ Hispaniarum matr̄im. 89
Regum & magnatum molesti amatores. 80
Religio & Christiana pietas Joh. Vincentij. 100

Richardus Esius. 45
Robertus Bellarminus Cardinalis. 19
Roma & Patauium quām sūt diffimiles. 71

S.
Seuerini oppidum. 112
Sapientis quid proprium. 82
Scipio Amiratus. 12 13
Seggi seu Curiæ Neapolitanæ. 6
Sermone hominū mores exprimuntur. 20

Seruorū aliquorū prava natura. 51
Similitudinē causam esse amoris. 56
Sobrietas Ioh. Vincentij. 75
Societas I e s v. 45
Solonis diarium. 21

Sorores Ioh. Vincentij præstantiorib.
Patriciis Neapolitanis in matrimonium collocatæ. 6

Spectaculorum minimè amans Iohan.
Vincentius. 88.89 90

Spero Speronius. 40
Studiis debilitantur corpora. 96

Sumptus superflui. 78
Symbola & emblemata elegantissima

Ioh. Vincentij.

13.14

T.

TAbula Aegyptiaca Petri Bembi
Card. à Laurentio Pignorio de-
clarata. 69

Testamentum speculum morum. 65
Theodorus Rendius. 52
Thomas Segetus. 52.53.55.114
T. Pomponius Atticus. 82.106
Tolerantia mira Ioh. Vincentij. 24

V.

VAfricies, simulatio, & mendacium
damnantur. 14.77.78
Uberti Folietæ nobile encomium de
gente Pinella. 3
Venetiæ miraculum Italiz. 114
Venetiis Senatus consuli decreto tri-
remes concessæ sunt Cosmo Duci
Acheruntino, & cibaria publico
ære. 116

Vicerini agrivertas. 75
Viri docti, quos in cōtuberchio habuit
Ioh. Vincentius. 52

Vitæ amplissimum spatiū quale sit
iuxta sententiam Senecæ. 67

Vitam cuinam rei assimulabat Iohan.
Vincentius. 103

Vlysses Aldourandus. 38
Voluptatum blanditiæ quantum affe-
rant detrimentum viris studiosis. 88

Urbanus VII. Pont. Max. 111

Vrsatus Justinianus, Patric. Venet. 89

X.

XEnophon quid de ordine & dispo-
sitione. 31

Corri-



Corrige.

- In epist. ad M. Vellerum pag. 8. v. 2. obuersatur.
In Querengi carmine v. penult. plaudant. v. vlt. colat.
In Stephonij carmine v. 12: *Gemas. v. vlt. interire.*
. In Famiani carminis inscript. STRADAE. post v. 10. de-
cet hic versus, *Hunc hitem oriente parum Amoris. v.*
14. *exprobrabit.*
In carmine Pignorij v. 7. alias.
- 

EX CVDIT
AVGVSTAE VINDELICORVM
Christophorus Mangus,
ANNO MDCVII.